


ECA

4

LANA









6

~~73-4~~ ~~10-2~~

Ca de la lib^a del Coll^o de la Comp^a de Dhu de Santiago

M-444





~~72-4~~

III

Handwritten text, possibly bleed-through from the reverse side of the page.

6
C
S
re
no
m
bi
qu
tri
S
po
te
u
i
cu
ap
M
no
je
fe
Ad
Sex
tate

Author horum tractatum est Sapientissimus undequaque
 P. Michael de Saezoy Soc. Jesu, natione Hararus, publicus
 Sacre Theologie Professor, in Salmanticensi Academia Doctor Lau-
 reatus, et Vespertine Cathedre moderator. Vix in hac facultate
 nulli secundus, et consummatus, siquis alius: in propugnando ita im-
 mobilis, et a proposito thesi (cuiuscumque fuisset Scholę) inflexi-
 bilis, ut per quadraginta annos in Palstra Litteraria eminenti nun-
 quam oppositi sibi argumenti pressus fuerit: in disputando ita sub-
 tilis, profundus, et acutus, ut doctiores quique (Thomisticę præsertim
 Scholę Optimates) ipsius argumentum semper permitterent, et quæ
 poterant, vitare solerent. Ego ego non semel incunde vidi in publicis
 Academię disputationibus Vital Propugnatorum Thomistam disceptantem,
 ut interclusus undique, quò se verteret, nescius, nunc sistere, nunc plus
 iusto syllogismum repetere, abortis ferè lachrymis, egeretur miser. Qui-
 circa mirum non est quòd ab ipsi Contrariis (quod incredibile cuique
 apparet, nisi, ut ego, nonnunquam ex eisdem audierit) Thomistarum
Mabius nuncuparetur. In scriptis Angelici Doctoris ita versatus, ut
 nonnunquam sibi subdole opponentem locum quendam S. Th. e sup-
 pressa ipse correxit, ac fallaciam detexerit, regente recitanti integrum
 ferè articulum, non modico Adversarij pudore, et ceterorum omnium
 Adstantium admiratione. Has, et alias Theologię tractationes, non ex
 scriptis, sed memoriter dictabat ex Cathedra, ~~una~~ una, l altera auctori-
 tate alicuius Doctoris excepta. Festi sum ipse.

Scribat Salmantice in publicis Scholis Vincentij
 Gomez Soc. Jesu. anno 1734, et 1735.

S

A

ph
ren

ria

ab

de

at

de

et

one

obv

mi

qu

tit

dem

est

ieue

tot

fuer

cepi

ex

im

ren

mo

apu

& a

et

die

Jhe

Tractatus Theologicus de Fide Divina.

Non una licet, sed multplex, nimis q̄ varia sit fidei acce-
ptio, tum apud Prophanos, tum etiam apud Sacros Scripta-
res, duo tamen frequentius, magis que proprie eo nomine
significantur, unde hinc reliqua per aliqualem analogi-
am, seu affinitatem cum ipsis, huius vocis participatio
derivatur, fidelitas scilicet, et assensus alteri rem aliquam
attestanti propositus. Ceterum nobis modo sermo non est
de illis bene multis Fidei, minus que proprijs acceptionibus,
et precise denotantibus, aut conscientiam, aut oppignera-
tionem verbi, et honoris, alijs que huiusmodi in Authoribus
obvijs: imo de Fide nunc loquimur precise, quam adhibe-
mus, cum aliquid credimus, non quam damus, cum ali-
quid promittimus, ut dicebat Augustinus lib. de Spiritu, et
Littera, cap. 31. De fide, inquam, quam adhibemus, et non qui-
dem alicui, seu homini, seu Angelorum, sed Deo ipsi, qui
stupenda dignatione plurima, et processus mirabilia nobis
revelavit; atque propterea Divina, et infallibilis, et que
totius nostre Religionis, et sanctitatis, atque eterne salutis
fundamentum est, et basis firmissima. Fidem v̄o in hac ac-
ceptione propriissime dici, tam facile est, quam superfluum
ex probatissimis latini Sermonis Authoribus ostendere: quare
immerito Rudus in annotationibus ad Pandectas, et Lau-
rentius Valla lib. 5. elegantiarum impropiam esse huius-
modi acceptionem, asseruerunt, presertim cum usus hic
apud Patres, et Concilia omnino invaluerit. Inia Fides
hanc usurpationem complectitur, actum scilicet, obitum,
et principia illius, de quibus omnibus in presenti nobis
dicendum est cum Scholasticis lib. 3. sent. a dist. 23, et cum
Theologis 2. Reg. 1.

+

Disputatio I.

~~De actibus Fidei Divinae~~

Licet ab obto flexique huius tractatus semant exordium, placuit, neque sine exemplo prius aliqua circa actum Fidei promittere, sine quibus illius obto indoles non ita facile ostendi possit.

Sectio I.

Declaratio actus Fidei Divinae, et supernaturalis.

Fides (verba sunt Apostoli ad Hebræos 11) est sperandarum substantiarum rerum; argumentum non apparentium: quibus nihil elegantius, aut opportunius dici poterat, si non tam Dialecticæ Regule, quam ipsius supernaturalis Divinae Fidei munus potissimum, finis que inspiciantur. Dicitur substantia, non quod aliquid substantiale sit, sed quia fundamentum est, prima que basim edificij spiritualis, seti que reliquis eisdem partibus sufficit, ut eandem sustineat, quem admodum substantia naturalis reliquis perfectionibus subsistat: sperandarum rerum; eo quod ea, que Fide creduntur, ex parte magis præcipua nondum sunt, sed in futuro speculo expectantur, et quodammodo per Fidem presentissima habentur, et subsistunt. Aliqui, inter quos Augustinus, legunt, sperantium; quæ vox græca, qua Apostolus usus est, utrumque promissive significat, et homo Fide in hac vita sustentatur, et vivit, uti nos docet idem Apostolus cap. 10 eiusdem Epistolæ: quamvis enim sola Fides ad vitam spirituales non sufficiat, sine illa nulla est, neque esse potest in Viatoribus vita spiritualis.

Hæcque inde inferas, fidem actualem esse 13 omnium gratiarum, quas a Deo propter Christi merita in nos derivantur, subinde que his, qui contra Ecclesiam fuerint, nullam gratiam propter Christi communicari, ut huius temporis Hæretici obtinere affirmant; nam, cum fides actualis actu sit supernaturalis, nequit non proportionate principium aliquid supernaturale futurum, et gratiam nobis donatum; et præterea, cum præfatus actus utri obsequiosus, et deliberatus sine voluntati imperii

substrere non possit, necesse omnino est illi vocationem Di-
 vnam p[ro]p[ri]e, a qua p[ro]inde merito Tridentina Synodus
 iustificationi nostr[um] initium sumendum esse declarat: qu[od]
 vocatio, cum inspiracionem, et illuminationem Sancti Spiritus
 includat, qu[ae] in actibus intellectus, et voluntatis consistunt,
 legitime deducitur, p[ro] p[ri]ori ad Fidei actum reperiri grat[ia]
 donum non qualecumque, sed intrinsicum; nam huiusmodi
 interior supernaturalis illuminatio, p[er] qua voluntati mo-
 tus per nullum auxilium extrinsecum suppleri possunt.
 Propterea igitur Fides fundament[um], et substantia appellatur,
 et etiam quodammodo initium salutis; q[ui]a secund[um] quod
 includit tum mentis assensum, tum voluntati efficac[em] im-
 perium ad eundem assensum p[er]standum, est p[er] se, et stabile
 fundamentum, quod creatura rationalis gratia Dei adiuta,
 eundem que vocationi consentiens, adstruit in edificio spiritu-
 ali, et primus pariter deliberatus motus ad obtinend[um] iusti-
 ficationem.

Dicitur insuper argumentum non apparentis
 quod aliqui eundem p[ri]ori sensus repetitionem existimant;
 q[ui]a Fides est, qu[ae] facit, stare, et veluti videre, qu[ae] nondum
 in se sunt, l. saltem non apparent: sed immerito; q[ui]a illico
 Apostolus obiectum Fidei extendit ad fluxima, qu[ae] iam p[er]-
 texta sunt, l. existunt, ad omnia scilicet, qu[ae] Deus, qu[is]
 cumque illa sint, nobis revelare dignetur, memor tum fi-
 dei, qua credimus, Verbo Dei aptata esse secula, tum fidei
 qua Notus Noe arcam edificavit, ut se, familiam que sub
 ab imminente diluvio liberaret, quod certe timendum potius,
 quam sperandum erat. Aliud q[ui]o potestioribus his verbis
 intendit Apostolus, scilicet fidem nos omnino certos effi-
 cere eorum etiam, qu[ae] non videmus, neque satis intelli-
 gimus; cum propterea aliqui cum Augustino legant Demon-
 stratio, l. Verbo; q[ui]a argumentum (ut loquitur Tullius lib. 1. Acad.
 question[um]) cludi non potest, nisi his, qu[ae] adcludend[um] sum-
 pta exunt ita probati, ut falsa omnino esse non possint.

Non apparentium denique; non solum q^a fides pleniusque salte
eorum est, que non videntur; sed etiam, et quam maxime, q^a illa
per fidem ut telem non videntur.

At in prefatis Agostoli verbis officia potius fidei,
quam quidditas declarari videntur; quandoquidem nulla in eis
mentio fit motivi, cui innititur. Et propter eandem rationem
non satis Scholarum legibus accomodatam declaratio, quam acce-
ptam ab Augustino tract. 40 in Joannem dicente: quid enim
est fides, nisi credere quod non vides? ad instructionem vulgi af-
fert catechismus. Propterea paululum immutatis verbis Doct
leximij placet fidem definire, iudicium de re aliqua re ipsa in-
nixum auctoritate Dei dicenti, seu attestanti, illam.

Iudicium, inquam, et non aversus, uti ab ex. et
alijs dicitur, ut proprie comprehensum intelligatur iudicium ne-
gativum, quod non secus, ac affirmativum fidei actus esse
potest: quippe tam fide sanctum est negare, Deum esse defectibi-
lem ut, quam affirmare, eundem esse proxiu sanctum; propte-
rea que actus fidei est iudicium istud, Deus non est defecti-
bilis, non minus, quam hoc alterum, Deus est sanctus.

Perteximur in definitione supernaturalitatem,
quam essentialiter actus fidei Divini, de quo dixerimus, suppo-
nitur iam et in ipsis exercitijs; q^a supernaturalitas ista suffi-
cienter declaratur per hoc, quod re ipsa, et non ad speciem
tantum fidei actus Divino testimonio innitatur; quicquid eni
statuatur in controversia, que inquit, utrum Deus possit ali-
quid dicere, et sufficienter attestari creaturis rationalibus, ne-
quid elevando ipsas ad superiorem ordinem, ac, si creatur
iste suis viribus relinquantur, nunquam dicere poterunt
actum, qui essentialiter affixus sit testimonio Dei re ipsa
existenti.

Perteximur etiam obscuritatem, sine qua ad
fidei videtur inveniri non posse: tum q^a sub lite adhuc est
que, et qualis sit obscuritas propria, et essentialis fidei: tro-
q^a iudicium negans, et affirmans aliquid pascisse ob testimonio

alterius idem affirmantis, l. negantis, non potest non esse ob-
 iectum, cum illud ita esse, l. non esse, sicut dicitur ab alio, in
 se ipso, et ex terminis non appareat p[ro]p[ri]e, q[ua] ab altero af-
 firmatur, l. negatur: hoc quippe discrimen ab omnibus ad-
 mittendum est inter explicationem, et simplicem attestationem;
 nam explicatio, licet vocibus, l. alijs signis perceptibilibus in-
 stituatur, non est simplex quaedam negatio, l. affirmatio rer[um],
 sed eandem declaratio, ita ut qui eandem perceperit, assen-
 sum p[ro]stet propter evidentiam l. probabilitatem, quam res
 ea explicatione sortita est; attestatio v[er]o non insitit in evol-
 vendis terminis, sed simpliciter rem affirmat, l. negat, subinde
 que qui illi assensum p[ro]stiterit, non ducitur evidenti-
 a l. verisimilitudine, quam res p[ro]stet, sed auctoritate illam
 dicentis.

Proxima insuper alia definitio nostra p[ro]p[ri]e
 minuit; l. q[ua] ex his, que illa exhibet facile deducuntur,
 cuiusmodi est p[ro]p[ri]etas iudicij; quandoquidem Deus non aliter
 fides adhibenda est, qui nec falli potest, neque fallere: l. q[ua] non
 sunt omnino indubitata, et res p[ro]p[ri]e p[ro]dicata nullatenus du-
 bia definiend[um] sunt. Eiusdem etiam generis est infallibilitas, om-
 nimoda q[ue] certitudo, de cuius insol[ub]e disputari solet, et que
 alia sufficienter p[ro]p[ri]e definitionem nostram innobescit; propterea
 quippe actus fidei omnino certus est, q[ua] Divino nititur testi-
 monio.

Cum eadem definitione fere recessit declaratio
 illa, quam Sanctus Thomas adducit ex Augustino 2^o de p[ro]viden-
 tia dicente: nihil aliud est credere, quam cum assensione cogitare;
 quod nimirum assensum intellectus p[ro]p[ri]um est, et voluntatis
 consentire; et q[ua] insuper verus p[ro]p[ri]e fidei intellectus non as-
 sentitur, nisi ex voluntatis imperio. Sed etiam in ea decla-
 ratione desideratur respectus p[ro]p[ri]us fidei ad dicentem, l. at-
 testantem rem, que creditur; nisi forsitan id significare vo-
 luerit S. D. p[ro]p[ri]e l. cum assensione; quatenus credens non
 iudicat utcumque, sed assensuendo alteri dicenti illud, quod

ita iudicat.

Sed audiendus omnino est Angelicus M. q. 14 de veritate
a. 1. ad 3 subtiliter eque ac solide disserens, cum cogitare cum as-
sentione sit proprium credentis, q^a scilicet actus fidei sine iudi-
cio non subicit, et qui excise apprehendit, non potest dici iu-
dicare, neque cum assensione cogitare. Qui etiam intelligit, seu
rem intellectu, non cogitat, cum unum cum altero non sperat, neq^{ue}
componat, ut ad cogitandum necesse est. Qui demonstrat, cogitat
quidem; non solum q^a delivis compositionem praesertit, sed q^a eandem
non dicit sine respectu ad praemissas, et assentitur etiam rem
seu demonstratam, tum rationi, l. medio demonstrandi, sed assensu
precedente a cogitatione, et sequenter proprie non cogitat cum
assensione; dubitans v^o et opinans l. assensum non praestat, l. non pra-
stat, nisi formidolorum, et nutabundum, atq^{ue} proinde in extrema
firmiter non adhaeret. Qui v^o credit, et cogitat, et assentitur, et non
propterea assentitur, q^a cogitat, cum assensum praestet non texim^{us}
motum collatione, sed testimonio dicentis nitentem, et licet firmiter
seu credit^{us} adhaeret, adhuc cogitare, et sub motu esse deprehendi-
tur, cum nonnumquam pervenerit usque ad visionem illius. Omnis
igitur inquisitio in credente non est circa rem credendam, sed circa
motiva credulitati, et per quae sufficienter constat, Deum esse,
qui loquitur, l. dicit; deceptor enim debet quis mentem suam
captivare in obsequium fidei, l. potius Dei attestanti, quantum
vis res difficultis sit, et non percipiatur; immo humilis ista sub-
jectio viam aperiet ad rem melius percipiendam, et intelligendam
x^a illud Isaia^e 2^o secundy versionem Dei interpretum: nisi credideri-
ti, non intelligetis.

Femere q^o Calvinus dicit lib. 3 institutioy cap. 2;
fidem per notitiam esse definiendam, Manichaeos, et Abaylardum
imitatus, qui aerebant, nihil esse credendum, quod ratio prius non
exploraverit. Addit propterea Calvinus in explanationem sui expo-
sit, non ignorantia, neque sensu summisione, sed cognitione co-
ta, et explorata Regnum Caelorum adendum esse secundum illud
Apostoli 2^a ad Timoth. cap. 3, semper dicentes, et nunquam ad scientiam

tiam veritati pervenientes.

Temere, inquam; q^a ratio obsequij, quam fides per
 se fert, postulat, Deo adhiberi fidem etiam in illis, quæ ratione
 non asequitur, maxime cum etiam hominibus in plu-
 rimi fides habeatur, quæ neque videntur, neque aliunde satis
 explorata sunt; et ut optime arguere videtur Sanctus Joannes
 ep. 1. cap. 5: si testimonium hominum accipitis, testimonium Dei
maius est; imo ita maius, et maiorem, firmiter que certi-
 tudinem inducat, quam evidentis nostre, cum satis frequenter
 decipiantur etiam quæ sapientes dici volunt, et merentur, in
 illis, quæ eisdem evidentissima videbantur. Igitur habet non tam
 veniam, quam pyramidæ ignorare quod credas; q^a maximum
 suspensum fidei est sperare, quæ necia, dicebat S. Hieronymus
 lib. 8 de Trinit.; et melius est nihil omnino scientem credere Deo,
 et perseverare in eius dilectione, quæ hominem vivificat, quam
 per questionem subtilitatis, et multiloquium in inguitarem
 cadere, adjicit S. Irenæus lib. 2. cap. 45: imo si propter eos solos
 Christus natus est, qui cæta intelligentia possunt vita discernere,
 bene frustra in ecclesia laboramus, inquit August. 5 ep. 102 ad
 Cledonium, et turbam non intelligendi vivacitas, sed cædendi
 simplicitati tutissimam facit, addit idem lib. contra Epistolam fun-
 dam^{ti}, cap. 4.

Uique mysteria fidei nostre supra rationem cum
 sint, illi exploratissima esse non possunt, neque debent; et quod
 videntur ab aliquibus utrumque apprehendantur, parum prodest,
 cum frequenter illa clarius apprehensa neget superbus Phi-
 losophus, et hunc percepta admittat rusticus Fidelis; et propterea
 fidei actus non in illis prævijs apprehensionibus consistat, sed in
 iudicio, quo intellectus assentitur, qui assensus, cum evidentia
 rei non nitatur, sed auctoritati tantum dicentis, proprie no-
 titia dici non meretur, et multo minus exploratissima, quæ
 Calvinus pretendit; nam, ut optime August. 5 lib. de utilitate
 credendi, quod intelligimus aliquid, rationi debemus; quod au-
 tem credimus, auctoritati; subinde que cognitio fidei assensus,

et non notitia dici debebat.

Nihilominus cum fides sit rationalis obsequium, et loquitur Apostolus 12. ad Rom., propria que nos admonuerit 12. ep. 1. cap. 4, nolite omni spiritui credere, sed probate spiritus, si ex Deo sint, quoniam multi pseudoprophete exierunt in mundum; atque etiam Apostolorum Princeps ep. 1. cap. 3. adiecit, parati semper ad satisfactionem omni querenti vos rationem de ea, que in vobis est, sperare procedere debet prudens credulitati examen, seu iudicium; atque etiam aliquales, licet ipsa notitia eorum, que credenda sunt inferius dicenda, et que eo certius habebuntur, quod quis humiliter se Ecclesie subiecit, que est columna Fidei, et veritatis.

Testimonium ex Apostolo improptere adducitur a Calvino, cum opportunitimum sit, ut ille agnoscat spiritum excois, quo ducitur; quod ibi sermo est de mulierculis, quas Heretici seducunt, seu que ab illis errore satie carce emunt. Nos vero non damnamus penitus scientiam rerum Divinarum, cum catholice scientiam inter dona Spiritu Sancti admittamus, quam plures in sui, et aliorum utilitatem liberaliter Deus impertit, imo neque scientiam sedulo studio, atque vigilantia acquisitam, modo terminos a Patribus constitutos non excedat; sed nimiam curiositatem, quodum quis superbe arcana Dei sciatatur, implicatur excois; et preterea etiam reprobarimus, actum Fidei debere esse scientificum, et quod pro omnimoda illius firmitate aliud queratur motium preter auctoritatem Dei dicentis, et revelantis illud, quod creditur.

Sectio 2^a

Non solum est possibilis, verum etiam existens profatus
Fidelis actus, idemque est Fides iustificans.

Uaque assertionis pars fide sancta est, tum ita Platonice, quibus etiam Aristoteles adhibere videtur, qui Deo indignum essebant, quod creaturas, et preterea homines alloqueretur; sed etiam contra nuperos Hereticos, qui fidem iustificantem adq

dam fiduciam revocant nimis presumptuosam, qua nimirum
vtriusque sibi certi persuadeat, omnia sua peccata esse
remissa; et q^a possibilitas predicti actus evidens fit, si semel
existens probetur; nam ubique ab actu ad potentiam legitime
deducitur,

Probo illum existere, 1^a nostrae assertionis ratio;
nam Apostolus ad Hebræos cap. 11. totus est in commendanda
fide antiquorum Patrum, qua nimirum hęc illa Deo
attestanti primitus credidit, quę fides ad intellectum
spectat, seu actum intellectualem, qualem supra descripsimus,
aperte significat; imo probaturq; necessarię esse ad gloriandę Deo, hanc rationem exhibet.
Credere enim oportet accedentem ad Deum; q^a est, et inquiren-
tibus se remunerator sit; sed credere, esse Deum, illum que re-
muneratorem, intellectualem assensum importat: q^o

Confirmatur id ipsum mirabili illa Confessione Divi
Petri, dum nimirum Mathæi 16. sublimius ceteris hominibus cogitans de Xpto, dixit: tu es Christus Filius Dei vivi: confessi-
onem huiusmodi in assensu intellectuali. Existere, extra du-
bium est, et assensum illum testimonio Dei, seu revelatione
fuisse fundatum, omnino demonstrant verba Christi eam
Confessionem laudantis: caro, et sanguis non revelavit tibi, sed
Patet meus, qui in Cælis est: q^o omnino certum est, existere
fidem actualem intellectualem, quę essentialiter nitatur tes-
timonio Divino se ipsa existenti.

Item hanc eandem fidem esse fidem iustifican-
tem, et non precise historicam, ut dicebatur supra huius tem-
poris Hæreticos in posteriori parte assertionis; ex duplici iam
adducto testimonio luculentè colligitur; nam Petri confes-
sionem, et propterea Confessionem ipsum Petrum Christus in Ecclesię
sue fundamentum accepit, dicens ibidem, tu es Petrus, et super
hanc petram edificabo Ecclesiam meam, aperte insinuans,
Confessionem Divinitatis Christi esse salutis fundamentum, et
omnino ad iustificationem, quę in sola vera Xpi Ecclesia in-
venitur, proxime necessarię; quapropter merito Apostolus ad

Romano ho ita loquitur: hinc est verbum Fidei, quod prodi-
mu; q^a si hinc quis in ore hinc Domini Jesus, et in cordet
crediderit; q^a Deus eum suscitavit a mortuis, salvus erit.

Eiusdem v^o Apostoli testimonium ad Hebræos vian
memoratum non minus vincens et pro nostro dogmate stati
liendo; quandoquidem ad finem capituli ho promittat, in hinc meus
ex fide erit, ut non dubitaretur de fide iustificante
et vivificante esse locutus; de fide, inquam, vivificante, et iu
ficante, non quod sola fides ad iustificandum sufficiat, sed
sine fide iustificatio esse non potest, et omnes propterea acti
qui in iustificatione ad alii immiscentur, regulantur, (diximus
tux per fidem. Deinceps v^o cap^o incipit a verbis supra iam
datis: fides est sperandary & eandem que fidem commendans, q^o beant
sine fide impossibile sit placere Deo, non ad fiduciam, quæ
Hæretici isti exigunt, et non nisi temere iactant, sed ad fidem
intellectualem a nobis exortam recurrit, dicens; credere enim
oportet & q^o fides iustificans non in simili fiducia, sed in au
tu intellectuali, quo revelata a Deo propter eiusdem aucto
tatem creduntur, consistit; et in assensu quidem, qui salu
in animi preparatione ad omnia revelata protendatur; sed
enim ad iustificationem necessaria non sit fides expressa om
nium, neque, et singuli Fideles teneantur, l etiam possint
habere, omnes tamen, et singuli obligantur non dispendi
cui a Deo revelato, et insuper assensui singuli, et omni
per eum revelati, quando oportuerit, et illa sibi sufficienter
proponantur. Fiducia autem propterea ab adversarij van
omnino, et presumptiosa est, quæ que in Scripturis aperte dan
natur, ut constat tum ex cap. 16 Lucæ, ubi legitur Pharisæum
ipsum reprobatum fuisse, et Publicanum, vite timentem fuisse
iustificatum; et propterea ab Apostolo monemur cum metu, et tim
re operari salutem: propterea Proverbiorum 26 dicitur: qui potest de
cece, mundum est cor meum: quæ sum a peccato? Ecclesiaste
cap. 9. nescit homo, utrum odis, l amore dignus sit, sed omnia se
vantur in futurum incerta; nisi quando specialiter Dei revelati

alio
Evan
cum
hinc
habu
tipica
et J.
non
prop
igitur
canon
fione
beant
Dei, i
da su
certo
olent
Dytex
debet,
eos ex
et pa
rium
enda
irribi
facile
ut cor
audie
ctam
do. ne
ex co
ptim
potius
bis a

+ exoxy

alicui ostensum fuerit, ipsius iam peccata remissa esse, ut in
 Evangelio narratur de Magdalena, adultera, et Latrone simul
 cum Christo crucifixo, et ab eodem ~~exortum~~ suorum veniam
 humiliter deprecanti: imo neque respectu horum, certitudo, quae
 habuerunt propter testimonij Christi, pertinebat ad ipsorum ius-
 tificationem, sed illam potius perfectam omnino supponebat,
 et sequenter inter actus, quibus disponebantur, annumerari
 non debet actus ille virgulae fidei, quo suam iustificationis
 propter Christi attestantis auctoritatem crediderunt. Nihil
 igitur Trident. Conc. declaravit ses. 6. cap. 9. et seq^s et definiit
 canone 16. hęc, et similia sine speciali Dei revelatione cog-
 nitione fidei, et omnino certa sciri non posse.

Insuper quæri potest ab adversarijs, unde nam ha-
 beant, huiusmodi certitudinem; quandoquidem in Symboli Fi-
 dei, in quibus vincitur summa eorum, quae potissime creden-
 da sunt, nulla fit mentio prefatę fidei, seu actus, quo quis
 certo omnino se iustificatum credere debeat, ut constabit re-
 solenti utrumque symbolum, sive Apostolorum, sive Nicenę.
 Postquam quod, si cum Lutheranis vs agatur, iisdem opponi
 debet, Anabaptistar vs, et omnes Catholicos Romanos negare,
 eos ex motione Spiritus Sancti in prefatum iudicium eximere,
 et pariter, si cum Anabaptistis disputetur, sententia in Ma-
 ximum tum Catholicorum, tum Lutheranorum iisdem obijci-
 enda erit: et cum utriusque negent communem aliquem, et
 invisibilem Fidei controversiarum iudicem, utriusque pariter erroris
 facile viri deprehendentur, cum alij præ alijs ius non habeant,
 ut eorum potius, quam aliorum iudicio standum sit. Neque
 audienti sunt, qui recurrunt ad illa Symboli verba: credo san-
ctam Ecclesiam, quae idem valere videntur, ac si diceretur, cre-
do, nullum esse amplius peccatum. Hanc huiusmodi verba
 ex corde etiam recitat Cathacumenus, licet nondum per ba-
 ptimum in Ecclesiam ingressus fuerit, neque accepit, sed
 potius exaget gratiæ iustificationis; sicuti etiam qui a pecca-
 ti animam non avertit.

Sensus igitur illius articuli non est, illum, qui ei

assennum exhibet, se credere iustum, sed in Ecclesia vigere sanctitatem, et nullam extra Ecclesiam inveniri, penitusque ab ea peccata omnia reprobari, proque eorum remissione opportunissima media a Christo fuisse instituta, licet etiam intra ipsam peccatores reperiantur recte quidem credentes, sed non honeste viventes: Alia quippe est Ecclesia, in qua paleae cum tritico immixtae sunt; rete, in quo segregati sunt grana boni, et mali; atque domus, in qua vasa sunt alia in honorem, et alia in contumeliam.

Quamvis autem fiduciam huiusmodi proximo temerariam Catholicis rejiciamus, admittimus fiduciam aliam humiliorum, et propterea magis solidam, et securam, quae cum spe recurrit, et inter actus, quibus peccator adultus ad gratiam iustificationis se disponit, merito recensetur. Age si spes ex parte solvuntatis affectum impertat alacriter, et intrepide aspirantem ad remissionis bonum, arduum licet futurum tamen, et possibile neque, quem praecedat, et dirigat actus fidei, quo quis firmiter credit, ex merito Christi per sacramentum, seu baptismi, seu penitentiae sibi applicati obtentivum esse peccatorum remissionem, nisi perire contigerit; et propterea ad Ephesios 3 dicitur, in quo habemus fiduciam, et accessum in confidentia per fidem eius. Sed quod nullus sine speciali revelatione omnino certus esse potest adhibere preparationis necessarius ad iustificationem, propterea non poterit non esse cum aliquo timore, qui eundem magis sollicitum efficiat.

Sed opponunt Agericii verba Apostoli ad Rom. 4, ides ex fide, ut secundum gratiam firma sit promissio: sed promissio ita firma esse non potest, nisi quatenus unusquisque eam per fidem sibi applicat, certissime sibi persuadens factam iam peccatorum suorum remissionem, Deo quae dicenti remittere illi peccata, firmiter credens, ne alius eundem faciat mendacem, ut dicitur I. Joannis. cap. 5; nam promissio, sicut et donatio, ita constat ex humanis tractibus, firma, et rata esse non potest, nisi acceptata sit: quod confirmant assumptum: nulla fides praeter huiusmodi fiduciam ad iustificationem deservire potest: non quidem fides historica, seu rerum gestarum, quae in scripturis narrantur, passionis uel Christi Domini

nam hęc potius ad desperationem ducit, cum proponat Deij
 usque adeo iratum in Peccatores, ut nullā alia p̄ter mortem
 Filij sui victimā placari voluerit: non item Fidei commina-
 tionum, et penarum, ut pote quę aptior s̄t ad incutendum ter-
 rorem: non inuicem fidei legum, et mandatorum, q̄a cum plu-
 rima iniungat non solum difficilia, verum etiam impossi-
 bilia, non poterit motere ad quęrendā iustitiam: q̄ Fides promissi-
 onum, et non p̄sente in generali; q̄a ut sic non adducit pa-
 cem, et tranquillitatem animi, sed determinate promissionem
 in particulari, qua scilicet unusquisque promissiones Dei, et
 xpi iustitiam sibi sp̄dentem, et citra omnem formidinem
 applicat.

Respondetur, in verbis adductis in argumento ex
 Apostolo, non fieri mentionem remissionis peccatorum, sed vo-
 cationis gentium, quę facta fuit Abrahe, ut constat ex verbis
 ibidem adiunctis, ut p̄ma sit promissio omni semini; non
 ei qui ex lege s̄t solum, sed ei, qui ex Fide s̄t Abrahe, qui s̄t
Pater omnium nostrum, sicut scriptum s̄t; q̄a Patrem mul-
 tarum gentium ponit te. Intentum igitur Apostoli erat re-
 tundere superbiam Iudeorum, qui vocationem ad Fidem Evan-
 gelicam legi Mosayci allegabant, atque etiam Hebræorum,
 qui in futuris temporibus p̄sensus erant, Fidem secundū
 opera, vicijs naturę facta, et non gratis eē sperendam: et
 propterea ostendit Apostolus gratuitam eē hanc vocationem, et
 Abrahe pro omnibus tum Iudeis, tum gentibus eē promissam:
 quare obiectis discursus nullum habet fundamentum in
 Apostolo, sed totus cavillationibus male, et extra rem compo-
 sitis nititur.

Similiter Fides non ab ipsis p̄sensem fiduciam,
 sed fidem dogmaticam, quę ab illis historica appellatur, signi-
 ficat, ut aperte colligitur ex eodem Apostolo eodem adji-
 cente: sed confortatur s̄t fide dans gloriam Deo, plenissime
 sciens, q̄a quęcumque promittit Deus, potens s̄t et facere: ideo
 et reputatur s̄t illi ad iustitiam. Non s̄t autem scriptum
 tantum propter ipsy, q̄a reputatur s̄t illi ad iustitij; sed etiam

propter nos, quibus reputabitur credentibus in eum, qui suscitavit Dominum nostrum Jesum-Christum a mortuis.

Patemur, cum, qui Deo scienti, remittuntur tibi peccata tua, facere ipsum mendacem, si non crediderit, ut contingit Thaddeus, Palalyticus, et illis alijs paucis, quos supra recensimus: sed contra illi, quibus similis revelatio facta non est, mendaces se ipsos ostendunt dum similem revelationem fingunt, atque propterea omnes solliciti esse potius debent in fugiendis, et detestandis peccatis, quam in querenda huiusmodi falsa securitate.

Ad Spem respondetur, supponi in ea (sicut etiam in argumento) quod probandum erat, scilicet in Scripturis inveniri promissionem remissionis peccatorum in particulari, cuius oppositum supra ostendimus, quamvis enim fide credere debeamus, Christum pro omnibus, et sequenter pro unoquoque nostrum passum fuisse, atque pro peccatis non solum nostris, sed etiam pro totius mundi, ut loquitur Ioan. 2^a ep. c. 2; at hinc solum fit fide sanctorum merita Christi habere superabundantissime sufficientiam, cum quod ad efficaciam, et ut effectum sui sortiantur, aliqui a nobis divina gratia adiecti exigantur conditiones, quas promissiones illae Dei generales praeserunt, et ex Scripturis non constat, nos se ipsa eas cohibuisse, propterea non speramus omnino certi de peccata remissione, uti etiam adversarij fateri tenentur, cum et ipsi ut conditionem pro se necessariam exigant suam illam fiduciam, quam eos se ipsa habere, nunquam in Scriptura invenitur.

Iustificat igitur fides veram gestarum, quae potius dogmatica dici debuerat, nam Fides Passionis Christi ita ostendit magnitudinem Dignitatis, et turpitudinem peccati, ut simul nobis proponat egregiam Dignitatis pietatis ostensionem, qua illius sui pro nobis tradidit in redemptionis pretium, atque propitiationem, et sequenter non ad desperationem nos adigit, sed in spem erigit tutissimam iustificat fides comminationum, et penarum, quae facit nos fugere, et detestari peccata, quibus destinatae, et querere Deum, qui solus est potens, et paratus a tantis malis nos liberare; nam inde resultans timor est initium sapientis, Psalm. 111., et Beatus, qui semper est paratus, ibid. c. 18. Iustificat

fidei legum, et mandatorum; quæ docet, quæ facere debeamus
ad consequendam salutem, quæ licet difficilia, atque etiam im-
possibilia nobis sint, attentis solis naturæ viribus, ab ipsius Deo
semper adest, et peratissimus iuvare nos, gratiam quæ sperare,
quæ præfata mandata exequamur. Iustificat Deum gratia
promissionum in generali, quin opus sit fingere promissionem
in particulari; quandoquidem prædictæ promissiones, etsi gene-
rales, omnes nos complectuntur, modo per nos ipsos non ste-
terit, et opera præstitimus gratiæ Dei adiuti, quæ ab uno-
quoque exiguntur, et disponenter sufficienter nos probant
ad sigilandum, et ad operandum. Reliqua videantur apud
Bellarminum lib. de iustificatione a cap. 6.

Disputatio 2^a

De obiecto materiali Fidei.

Non est animus inculcare ea, quæ de obiecto materiali tam
attributionis, quam attributo, et foris, in præmissis Dialecticis fœdus
frequenter, quam utiliter tradi Noverunt, præsertim cum non
una, eadem quæ sit apud omnes harum vocum acceptio, propter
ea diversa potius, quam diversa doctores. Id innum annotare
sufficiat, nomine obiecti foris in presenti id intelligendum esse,
quod credens rogatus exhibebit motivum, l rationem credendi,
seu illud (et in idem recidit) in quo intellectus iudicans
per fidem fundatur; et nomine obiecti materialis omne illud,
de quo sic, l aliter eo fundamento, l motivo ductus intelle-
ctus iudicaverit; nam si quid aliud observare oportuerit, op-
portet hinc disputationis decursu, quam limine adnotabitur.

Sectio 1^a

An, et qualiter omne verum sit, l possit esse obiectum
materiale Fidei Disting?

Cum ex dictis disp^e precedenti constet, auctoritatem Dei dicentis
(in quocumque illa veritat, seu quocumque includat) esse
fundamentum, cui, et quidem ut se ipsa existenti, Fidei Di-

vina nitida, nequens est, omne illud, quod sub similem Dei
dicentis auctoritatem cadere potest, esse, & posse esse obitum materiale
Fidei, seu circa quod iudicium, quod sit Fidei actus, veretur,
et quidem non aliter, quam sub predicta Dei attestantis auctori-
tate ceciderit. Inde patet colligitur, nihil falsum posse esse obitum
materiale Fidei, cum Deus essentialiter impotens fallere, et falsi,
similiter impotens sit attestari falsum.

Sed difficultas 1^o est, an, ut aliquid dicatur
obitum materiale Fidei, sufficiat, quod revelabile sit, & potius omni-
no requiratur, illud esse actum ~~revelatum~~ revelatum? In hac questione
proximi vocali, placet loqui cum D. Eximis disp. 2. de Fide, sect. 2.
scilicet actum Fidei alius non posse, nisi circa id, quod
actu revelatum sit, ut ex definitione eiusdem supra tradi-
ta evidentem infertur, cum secundum illam inniti debeat
testimonio Dei, et non utcumque, & precise existimato, sed re
ipsa existentem; quin obit, precise verum esse a Deo revela-
bile, et nequenter non nisi vere iudicatum eum, qui ali-
quid affirmaverit, & negaverit, quod certo sciat, illud esse ita
revelabile; nam iudicium huiusmodi fidei non esset, cum non
fundaretur in testimonio Dei, sed in alio aliquo principio,
ex quo constiterit, illud esse hinc, et nunc vere affirmabile, &
negabile, et nequenter aptum, ut a Deo reveletur, et quod, si re-
veletur, actum Fidei terminet.

Habitum vero Fidei esse virtutem, que ex se ex-
tenditur ad quodcumque revelabile, quoniam que obitum revela-
bile dici posse, et debere obitum materiale illius. 2^a assumptum: q^a
habitum Fidei non commensuratur precise cum obit, circa que
hic, et nunc actus Fidei eliciuntur, sed protenditur ad omnia
illa obita, de quibus fides actualis haberi potest, cum ex se sit
virtus ad omnes actus Fidei, qui absolute ipsi possibiles sunt,
quamvis ut actu eos eliciat, plura alia desiderentur: et propterea
licet actus Fidei de facto existentes sint in determinato
numero, qui tamen sub eo habitu, & facultate credentis (in
quocumque illa collocetur) continentur, actus fidei sine numero,

et syncategorematicæ saltem infiniti; atq; etiam actus, qui d-
 trahis modo tendant, quam actus Fidei de facto existentes;
 quandoquidem de facto per fidem affirmamus incarnationem
 Verbi Divini, quam posuimus, et debemus, per fidem pariter
 negare, si Deus noluerit, Verbum incarnari, et illud incar-
 nationem non esse, fuisset attestatus. Ratio præterea quasi a pri-
 ori est, merito dicitur obiectum materiale cuiuscumque habitus,
 l potentis omne illud, quod potest veluti informari ratione
 illa formali, sub qua eorum, ut constat in obto potentis vi-
 sivi, quod est, et dicitur omne illud, quod rationem colorati
 visivi proprie possit subinducere: igitur, cum in exponendis
 facultatibus non quid agant, sed quid agere possint, inspecien-
 dum sit propterea merito habitus Fidei veritati dicitur circa
 obiectum revelabile, et non precise circa reuelatum; q^a nimirum,
 quantum est ex se, etiam ad non reuelata, pretenditur, modo
 reuelentur, quemadmodum ad infinita syncategorematicæ eius
 virtus extenditur, licet actu finita tantum respiciat.

Hæc cum ita sint, et accurate distinxerit D.

Ex. et satis consono ad mentem S. Thomæ q. 14. de veritate, a. 8.
 ad 16, frustra laborant in oppositum Sonet disp. 1. de Fide num. 14,
 et furiis adhuc itimus Palancus disp. 1. q. 14, hostem fingentes, qui
 feriant, cum D. Ex. non loquatur de obto actu tali, sed de eo,
 quod potest ee obiectum Fidei: quare argumenta eorum l parum
 urgent, l aberrant ab scopo.

Primum enim est huiusmodi: habitus Fidei non
 est facultas precise remota, sed proxima credendi: q^o respi-
 cit determinate obiectum proxime credibile; sed obij proxime
 credibile est in se obij reuelatum, ut pote respectu cuius solus
 deficit actus, l exercitium credendi, et respectu obij reuelabilis
 ulterius exigatur reuelatio: q^o Respondetur, habitum Fidei ee
 quidem facultatem proximam credendi per modum principij
 superaccrescentis elicitivi actus Fidei; non 1^o ita, ut se solo
 præferat omnia, que ex parte actus proximi credendi ex-
 iguntur, ut adversarij etiam fateri tenentur: nam habitus
 inveniri potest sine reuelatione, et insuper reuelat sine suffi-

cienti propositione, quin et sufficienter proposita sine inspirati-
one Divina necessaria omnino, et multo magis sine inspectio-
ne voluntatis etiam requirito, et hęc omnia includuntur in actu
1^o proximo, et expedito ad actum Fidei; et tamen 2^a adve-
ria, ut aliquid dicatur obitum materiale prefati habitus, sufficit,
quod sit revelatum, licet sit revelatum propositum non sit, neq;
fides actualis illius a Deo inspirata, et ex motione Divina im-
perata a voluntate: q^o etiam sufficit, quod revelabile sit, ut quę
aptissime dicatur obitum, circa quod fides tenetur potest; quatenus
nominum hoc sufficit, ut subit illis omnibus conditionibus, quas
fides in suo obito requirit.

2^a Ad: non potest dici obitum Fidei, quod non par-
ticipat rationem sub qua est eadem; sed obitum pure revelatum,
et non pure revelabile participat eam rationem, cum ad fidem
nihil pertineat, nisi quod subest Divino testimonio: q^o Respon-
detur, obitum, quod actu tale sit, actu pariter participare de-
bere rationem sub qua habitus, l. potentis, sufficere tamen
quod illam rationem participare possit, et absolute dicatur
obitum illius, quando sermo non est de exercitio, sed de facultate,
l. si extensiva ipsius; et cum in hoc sensu procedat aucto-
ritas Doctoris ex. et nostra, prosum inefficax, et impertinens de-
prehenditur argumentum.

2^a Difficultas, et in cuius decisione P. D. acriter
deceatant, et an omne verum possit esse obitum materiale Fidei
Kegandy et cum communione nostrorum P. D. sententia post P.
Lipalde, et Eminenti^{ssimo} de Lugo, et Sforzia. Et probatur tam
facile, quam solide: Possibile est absolute verum, quod Deus
creaturis rationalibus revelare non possit, q. nihil extra Deum
existere, l. extimium aliquando, atque etiam, nullam rationali
creaturam existentem esse, etiam si aliquę alię creature existant: po-
tuit quippe Deus velle producere ullam creaturam, et produ-
cere aliquam nullam rationem creaturam producere, cum sit libe-
rimus, et nullius extra se indigens, uti de facto mundum, et in
ipso creaturas rationales produxit, potuerit l. nihil eorum, l. ab-
stem rationes creaturas non producere: potuit similiter nullę

Aliis tenemus
an sit possibile
verum, quod Deus
non possit revelare?

habere commercium cum creaturis rationalibus, nihil que eisdem revelare eo modo, qui requiritur ad exercitium Fidei.

Sed huiusmodi decreta neque revelabilia, neque credibilia sunt; quandoquidem singula eorum incompatibilitatem præferunt, & cum existentia alicuius creature, & cum existentia creature rationali, & saltem cum locutione Dei ad extra, et si aliquid revelabile, et credibile sit, debet esse esse compatibile cum præfatis omnibus, ut ex ipsis terminis patet: 1^o non repugnat verum, quod prorsus irrevelabile, et sequenter Fide Divina incredibile sit.

Variè respondent Adversarij, et 1^o distinguendo maiorem, nempe Decretum de non producendis illis creaturis, & saltem de non producendis rationalibus, que solum sunt capaces Fidei, quod sit virtualiter multiplex secundum multipliciter creaturarum, quibus per illud negatur existentia, quod proinde, licet ut terminatur ad determinatam creaturam, Petuum scilicet, sit eidem irrevelabile, maneat tamen alijs omnibus ex se revelabile, negando 1^o decretum prorsus simplex, et etiam virtualiter trium. Quantum 1^o spectat ad decretum de non producenda illa revelatione, ulterius addunt, decretum illud solum excludere revelationem aliorum a se, non tamen sui ipsius revelationem; ne alias fatuum omnino, Deo que indignum deprehendatur; & enim impossibile est illius decreti revelatio, & possibile? Si 1^o: quid magis fatuum, Deo que indignum, quam libere decernere non existentiam alicuius impossibilis? Si 2^o: præterquam quod Decretum illud decretum revelabile, uti est omne illud, cuius revelatio possibile est, ita quod argumentum nostrum intendit, vinceret agere chimæricum, et ex contradictorijs compositum; 2^a necessarium foret essentialiter revelabile, et etiam essentialiter irrevelabile: Revelabile, quia est possibile illius revelatio; et irrevelabile; quia ratione sustententis excludit omnem revelationem, et cum omnibus, et singulis est essentialiter indivisibile, ut ex ipsis terminis conspi-

cum st.

Sed ita proximam solutionis partem insurgo illi omnibus, qui in tractatu de provid.^a exhibuimus, Deum de omnibus unico indivisibili decreto disponere, & illud Scripturae, semel locutus est Deus, neque posse aliter disponere de rebus; cum enim libertatem habeat expeditissimam, ratione que scientiæ suæ tam simplicis intelligentiæ, quam mediæ omnia simul plenissime circumspiciat, non potest non simul exurgere in actum præfate libertati ex æquo correspondentem, ne alia pro signo, pro quo statuitur, l' fingatur de aliquo, l' de aliquibus decernens, incertus sit, quid futurum sit de alijs omnibus, et quis præterea ordo ex rebus iam decretis resultabit, qui certe variabitur pro quacumque rerum aliarum variatione: Unde insuper fiet, Deum sic l' de aliquibus decernentem non ita de ipsis disponere, ut ^{non} omnia, quæcumque aliquomodo ad ea pertinent, seu, ut dicitur in sacris litteris, attingat a fine usque in finem, uti in prædicto tractatu late expositum est.

Ita v. q. facilis est terminorum abusus, dum aliquid, quod reip. et formaliter unum, et simplex est, multiplex virtualiter asseritur, cum by virtualiter multiplicem sensum habere possit nimis adinvicem diversum; et quantum ad præsens attinet, si solum intenditur, decretum illud æquale totidem decretis (si aliunde multiplicari possent) quorum singula singularum creaturarum existentiam excluderent, quod quidem est, sed insufficiente ad erovandum nostrum argumentum; nam sic illi æquale, l' (si placet magis) virtute, et efficacia sua eadem dicitur, ut sit notus, distinctus que Divinæ libertatis exercendæ modus, et sequenter veritatem præ se ferens omnino aliam a veritate, l' potius veritatibus, quas eodem includunt, l' includent multiplicia illa decreta; cum aliud omnino sit, e. tenum, Deum in eo etiam virtualiter decreto denegare simul omnibus existentibus, ac asserere e. tenum omnibus illis negatam e. existentiam, sed non simul, sed cum aliqua virtuali successione. Et cum aliunde nulla appareat repugnantia (quando a necessitate præscindamus) in eo, quod Deus

simul decernat negare creaturis omnibus, aut saltem rationa-
libus existentiam, habebitur veritas aliqua, quæ ita sit in men-
te Divina, ut solum uti possibilis suo modo, non v^o ut existens
revelabilis sit.

Contra 3^o q^a, quicquid sit de divisione, aut divisi-
bilitate virtuali, l'formali Divinorum decretorum (quæ si
omnino divisioni, l' divisibilitati termini accomodetur, infi-
nita agnoscere debent, et plerumque cum eque potentia suc-
cessionis unius decreti ad aliud, eo que titulo iterum, et spe-
cialiter repugnans) negari non potest, veritatem fortiter loquen-
do in intellectu potius esse, quam in rebus, et aliam pro-
pterea, diversam que iudicari pro varietate, l' diversitate,
quæ invenitur in actibus intellectus; aliam que proinde
est veritatem propriam actus universaliter, ~~et~~ collective ten-
denti, quam actus, qui solum distributive, aut saltem non
cum tanta universalitate tendat: 1^o quo ad terminandum
actus intellectus, aliter se habet, seu alia omnino est col-
lectio omnium creaturarum, et etiam negationum omnium
illarum, quam singulis creaturæ, l' negationes, l' etiam collecti-
ones quilibet finitæ, cum in 1^o sensu intellectus vere proce-
dere possit utens termino omnis, l' omnes, nulli, l' nullæ
sine ulla restrictione; secus v^o in 2^o q^o undecumque procedat,
omnibus creaturis negari existentiam, et quomodocumque
statuatur decretum negans illam, resultabit quoad se in-
dicandum, nova, et specialis veritas, cum verum sit pro
ea hypothesis iudicium affirmans, omnibus creaturis nega-
tam esse existentiam, l' negans illis omnibus existentiam,
quod iudicium in quavis alia hypothesis verum esse nego-
tetur.

Sed hinc fit manifestum, iudicium illud pro-
sus verum esse potuisse in mente Divina, secus v^o in
intellectu creato; quandoquidem Deus negans, ut potuit, exis-
tentiam omni creaturæ, perfectissime sciet, et verissime iu-
dicaret, omnes ad unam deficere, seu nullam existere, quod

vere affirmare non potest, neque iudicare ullus intellectus creatus, cum nihil possit affirmare nisi existens, esse l. tunc intellectus creatus existat, verum esse non potest, nullam creaturam existere, ut ex ipsi terminis constat: 9^o ex prefatis decretis, quomodo cumque ipsa exponantur, resultat veritas aliqua, quae, cum in mente Divina, in intellectu creato inveniri non potest, et quae frequentem actum Fidei, qui non potest non esse verus, terminare non valeat. Urgetur idipsum: modo etiam ducti lumine naturali vere iudicamus, possibile absolute fuisse, nullam existere, l. creaturam esse creaturam, idem quae Fidei sanctum habemus; sed non sic vere iudicare possumus, nullam creaturam existere, l. creaturam; nam si ita iudicemus, nos saltem cum nostro iudicio existere deprehendemus, et proinde illud iudicium falsificabimus: 9^o iudicium illud verum quoad possibilitatem non potest esse verum quoad existere respectu intellectus creati; et cum verum esse non potest quoad possibilitatem, nisi quoad esse, l. existere, verum esse potest respectu alicuius intellectus, evidentem colligitur, illud verum esse potuisse in mente Divina tantum, et frequentem esse possibile verum, quod revelari non potest, neque terminare actum Fidei Divini.

Quod adiciebatur in posteriori solutionis parte posset a nobis persequi, cum propter decretum de non revelando aliquid, inveniantur veritates proxiis a Deo irrevelabiles; sed ut constet, solutionem adversariam, et non argumenti nostri cavillis, et fictionibus niti, quae facile nimis deprehenduntur, ita illam ita insurgo, simul quae eandem bituo: Decretum illud, cum Divinum sit, non tenet sub confusione, et obscuritate, quam praeserunt termini omnes, nulli, aliqui, et alij huiusmodi, (sic etiam observant ipsi adversarii in 2^a solutione, quam adhibent nostro argumento, et nos libenter amplectimur) sed ita, ut distincte attingat omnia extrema praefati collectionis, quantumvis infinitae, propterea quae sic quam optime explicabitur: nolo, existere revelationem A, nec revelationem B, et sic

de singulis absolute possibilibus, quae cum nos non cognoscimus distincte, neque possumus numerare, recessimus ad tres omnes, et nulle, ut qualitercumque omnes complectamur; Deus vero cum illas distincte cognoscit, et cognoscit eas simul, quin in illius cognitione immisceatur confusio ulla, propterea expeditus, et omnino liber est, tum, ut quae voluerit, producat, tum ut omnes neget, licet decreto singulas determinate attingente, et negante: quamvis enim non possit omnes creaturas, neque revelationes omnes posibles simul producere, tum quod infinite sint, tum quod aliquae earum cum alijs inconiungibiles sint, potest tamen omnibus tam creaturis, quam revelationibus simul negare existentiam, ut constans apud omnes sit.

Modo vero sic: quod decretum illud simul negans existentiam omnibus revelationibus, attingeret distincte, et excluderet singulas, ita ut necessariis consequenter resultet electio negationis, et carentia illarum omnium revelationum possibili; sed non attingeret, neque excluderet revelationem sui, cum non nisi fabre excludi possit revelatio impossibilis, et impossibilis eo terminis appareat revelatio decreti libere excludentis omnes posibles revelationes: quod decretum illud foret prorsus, et essentialiter irrevelabile, non quod affective excludat revelationem sui; sed quod talis indolis sit, ut ipsius possibilitas sit impossibilitas praefatae revelationis. Sic, quod Deus necessariis se amet, et amor iste sui ipsius includatur, et veluti explicite in omni libero eiusdem voluntatis actu; quicquid enim libere decreverit, propter seipsum, et amore sui decreverit, decretum, quo efficaciter negaret existentiam omnibus obiectis Dei possibilibus, non excluderet obiective, et affective obiectum, quo Deus semetipsum odicit; quod extendendi modo tantum obiecta possible, et omnia sigillatim ex parte obiecti attingeret, excluderet tamen subjective illud, et redderet prorsus impossibile: quod similiter.

Hinc ruit 3^a solutio, quam expeditissimam ap-

pellat Palancus, et quæ sub his terminis ab eo exhibitæ, ne-
do nimirum possibile illud decretum, si revelabile adstruatur, et ne-
gando, si pretendatur irrevelabile, et porro ad id motum
ad præcedendâs replicas omnes; et quæ decretum illud solum pot-
est excludere revelationes aliorum a se, unde fixum non potest
ipsum irrevelabile; quemadmodum decretum istud: nolo quicquam
decernere, seu nolo ullum decretum recipere, ne negatorum, et im-
plicatorum reprehendatur, præcise procedere debet de alio de-
creto a se, et non omnino universaliter de omnibus decretis,
cum ipsum sit unum eorum, et ex parte ponatur, dum reli-
qua excludit. Auit, inquam, eivsmodi solutio, vel egregia quæ-
tionis principij petiti, et solum expedita ad dispensanda omnia.
Hæc argumentum nostrum probat, et vix non evidenter,
decretum illud, et possibile esse, et esse irrevelabile: possibile
utique; quæ Deus potuit nolle quicquam revelare, et non aliter
nollet, nisi determinate, et sigillatim negando esse omnibus
revelationibus, quas quantumvis imperitas ipsius scientia sigil-
latim, et distincte representabat; illud v' illico apparet suscepti-
one irrevelabile, quod tale non sit, quæ sui revelationem excludat
quam aliquid definiunt. In 2^o genere sunt, quod hęc, Lilla
Concilia, fuerint celebrata, hi, et illi Pontifices rite electi, hęc,
et illę Religiones uti via certa ad salutem abundantior, faci-
lius, et securius Dequendo institutę, et licet horum explicitam
Fidem Apostoli non habuerint, quod eorum dignitati, et super-
eminenti Fidei Satis Isultum sit, cum eadem in universa-
li, et pę posterioribus omnibus Doctores clarissime cognove-
rint, et crediderint, quid oporteret fieri, ut Concilium legiti-
mum sit, ut Pontifex rite eligatur, ut que Sancti legitime
canonizentur, et approbentur Religiones; non propterea huius
temporis Fidei explicatio, et absolute perfectior censeri debeat.

Quę cum ita sint, parum momenti questio est utrum
et ipsa hoc sufficiat, ut asseratur, materiam, seu veritatem Fidei
in Deo augeri. Negat, aut negare videtur communis sententia;
tum qđ hęc videtur mens Patrum Ecclesię, imo (quod amplius est)
Ecclesię ipsius, parum Scripturas, et traditiones Apostolica In-
tenti, quam aliquid definit, et ad Fidem pertinere declarat.
2^o qđ post promulgatę Evangelium nulla nota revelatio univer-
salis, seu ad Ecclesiam universam pertinens, fit; nam, si veri-
tates Fidei temporis decursu crescerent, revelationes pariter
Dei augerentur, et si augerentur, non deberet adhiberi tanta
solicitudine in scrutandis Scripturis, et revelationibus antiqui-
oribus pro definiendis, et statuendis rebus Fidei. Tum qđ de-
claratio, et definitio Ecclesię revelatio Dei dicenda non est
sed proportio revelationis Divinę, quę Principibus Ecclesię facta
supponitur, et stenta in sacris Scripturis, ut innumerari vide-
tur in psalms 86, ibi, Dominus narravit in scripturis Populorum,
et Tribuum horum, qui fuerunt in ea; nota autem proportio
non sufficit, ut materia Fidei augeri dicatur. Tum demum;
3^o etiam veritates, quę ad factum pertinent, in universali
ab ipso nascentis Ecclesię exordio creditę sunt, et a fortiori
etiam revelatę; atque deinceps solum fit applicatio univer-
salis illius revelationis, ad determinatę individuum, ut cum
canonice aliquis in Pontificem eligitur, et inter Sanctos re-
censetur, sed huiusmodi applicatio solius proportionis, et non
revelationis proprie dicitur nomen meretur. q^o

Assentant aliqui cum De. Muenster; quippe Clementem XII. h.
esse verum Dominicum mali habere ut aliquid revelat, cum a
communem Theologorum sententia sit Fide Divina tenendy; et ta-
men ante eundem electionem neque habebatur ut aliquid re-
velat, neque Fide tenendy erat: 3^o eiusdem electis, atque accep-
tatis ab universa Ecclesia non precise propositioni rei revelat,
sed revelationis rei nondum antea revelat, vices gerit. Uterum
longum est, et ab omnibus admittendy discrimen inter opes my-
steriorum factas a Parocho, l. Cathedista, et declaratione Ecclesie
definitis sensum huius, scilicet loci Scripturaz, l. determinat
veritatem, de quibus etiam inter Catholicos Doctores dubitabatur,
nam quia illa Parochi pro nullam habet infallibilitatem,
et propterea neque ad fidem pertinet, secus vero declaratio Eccle-
sie, que ex^a Apostoly l. ad Thimothy cap. 3. vix dicitur, fundamen-
tum, et columna veritati, et cui propterea tanty deferretur
ut dixerit, Evangelio non crederem nisi ad id Ecclesie me me-
uerit auctoritas, que que demum, dum aliquid definit veru-
tate potest verba illa Apostoly in eundem Acti cap. 15.
verbum est Spiritui Sancto, et nobis: q^o q^a quam proximime
ipius declaratione dogmatica rationem Divine locutionis, et re-
velationis participant, Deus, sicut olim per Prophetas, modo per
Ecclesiam Catholicam loquitur.

Hecque dici potest 1^o, veritates illas, quas circa
mysteria Dei Ecclesia declarat, atque definit, iam olim fulse
saltem ab Apostoly Fide creditas; nam adhuc eget argu-
menty; quandoquidem Dringere potuit, Apostolos, primo que
Ecclesie Doctores non proponere eas veritates, quod existima-
rent, Mundi non habere, et eorum capacem, secus monitionem
illud Christi 16 Joannis ita ad eundem Apostolos nondum per-
fectos loquenti, adhuc multa habeo vobis dicere, sed non potestis
portare modo: q^o reliquerunt providentis Ecclesie illarum reve-
lationem; quarequamquod nullam absurditatis speciem presertim
eandem veritatem huius, et sepius revelari.

Hecque 2^o dixeris, que ad facta particularia per-
tinent, iam esse sufficienter revelata, licet enim universaliter
et hunc revelationes presertim propositione sint, in mente tamen

revelantis, et loquentis Dei nullam similem Imperfectionem
 posse inveniri, sed quam distinctissime reperiri cognita om-
 nia singularia, que in illis universalibus continentur, sive ad
 Concilia spectent, sive ad Pontifices, sive ad Sanctorum
 canonizationem: contra enim est; assumptam responsionis verum
 quidem esse tum de cognitione, quam Deus habet de rebus,
 quibuslibet, tum de locutione, qua Deus ad intera loquitur,
 dum Patet Verbum dicitur omnia dicere; secus est de locuti-
 one externa, et a nobis perceptibili; que cum accomodata sit
 imperfecto nostro modo sciendi, et loquendi, propterea quod
 signi officina similium illis, quibus homines inter se
 sermones exercent, capax est omnis illius tendentis, et modi
 significandi Imperfectionem, vaguitatem, et indeterminatorem pro-
 ferentis; unde fit in quibus temporibus non fuisse fide-
 certum, Concilium v. Tridentinum dixerit intra illam vel
 proportionem etiam tunc temporis fide tenendam de infalli-
 bili auctoritate Conciliorum generalium, cum tamen id nunc
 iam istet, fide que teneatur: idem que facile applicari
 poterit Pontificatu cuiuslibet legitimi Pontificis, et sancti-
 tati eorum, qui legitime canonizati sunt: imo etiam ce-
 lenabus definitionibus dogmaticis in rebus, que quibus sine
 iniuria fidei in utramque partem disputabatur.

Neque 3^o dicit, hac opinione nullum derogari
 scripturis sacris, et traditionibus Apostolicis, et dogmaticis,
 ut pote ex qua sequitur, illis non fuisse sufficienter in-
 structam Ecclesiam Dei, eandem que in dies esse docendam
 de rebus ad fidem pertinentibus, quod satis abstrusum vi-
 detur, et ita plenitudinem gratiarum, qua Apostoli ad
 predicandum Evangelium donati sunt: ita enim est, abstru-
 dum istud nullatenus inferri ex hac opinione; quod illa unice
 statuit adjectionem veritatum fidei in his, que ad factum
 pertinent, et quorum sicuti scientia, et cognitio, in antea
 tempore necessaria non erat, ita eorundem ignorantia instru-
 ctioni Ecclesie, et plenitudini gratiarum, quibus illa ab Apo-
 stolorum tempore instructa est, nihil detrahere potest; cum
 ad Ecclesie splendorem, et plenam instructionem non opus sit

omnia quandoque cognoscere, sed quando rerum opportunitas
potulaverit.

Melius dici posse videtur (et est aptissima via
ad sentiendum, et loquendum cum communione sententia) decla-
rationem Ecclesie in scriptis veritatibus solum decernere, et ei-
dem, et sequenter universis Fidelibus evidenter ostet, factum
illud particulare Verbum quasi materialiter, et entitatively sub
obito universalis propositionis, quæ antecedenter Fide sancta exi-
et licet in Fruo omnia particularia complectebatur; propterea
que non esse notam Dei revelationem, seu locutionem, ut fieri
etsi parum frequentes credit L. Munita Disq. 3. de Fide, s. d.
Sic qui aliquem infantulum serio, et cum intentione, et se-
cundum modum a Christo prescriptum baptizat, Fide Divina, et
infallibili credere potest, et tenetur eum se ipsa sanctificari, et
etiam beatum esse, si videtur, et illius mortuum; non quod ali-
quam notam revelationem accipiat; sed quod evidenter scit legiti-
mam suam baptizandi intentionem, et periculum illum capi-
cem non esse ponere obicem effectui baptismi, et cum aliunde
Fide universaliter tenetur, legitime baptizatum, et non ponere
obicem sanctificari, et morientem, et raptum, quin malitia
eum pervertere possit, salvari, revelatio illa universalis
sufficiens applicatur illi particulari.

Similiter, quando incipit esse de Fide aliquem
in particulari hominem, ut Clementem XII esse Pontificem, non
est necessaria nota revelatio, sed quod evidenter ostet, eum esse
in Pontificem electum ab illis, ad quos similis electio spectat;
quam evidentiam Ecclesia naturaliter ipso electionis, et promul-
gationis facto sortitur, et quin aliud necessarium sit, incipit huius
ille non solum se ipse Verbum, sed et Verbum sub obiecto uni-
versalis propositionis Fidei scire; inde que resultat obligatio cu-
dendi Fide Divina, illum esse Verum, et legitimum Pontificem.
Idem ipsum facile applicari poterit alijs veritatibus, circa
quas Obiectum ista versatur; quomodo in casu ba-
ptizantis, nulla ab adversarijs veritatis Fidei obiectis agnoscitur,
nulla in super revelatione, et locutio Dei, sed precise applicatio
quidam quibusdam revelationis sufficiens, ut in particulari, et di-

tinete credatur, id, quod antecedenter in Ipso tantum, et uni-
versali credebatur, ita etiam sentientiis est de legitimitate
Conciliorum, institutione Religionum, Sanctorum canonizatione,
et electione Pontificum.

¶ Verum quidem est, nota deinceps explicito actus
Fidei elici affirmantes, Concilium Tridentinum esse legitimum,
Clementem XII esse verum Pontificem, et Divi Franciscum Sa-
verium esse beatum, at id non sufficit ad incrementum veritatis
Fidei: non circa eandem veritatem pro diversitate temporum
distincti Fidei actus elici possunt, quod diversimode applicetur
revelatio Divina, ut constat in hoc actu Fidei, Verbum caro
factum est, qui ante tempus Incarnationis elici non poterat,
sed potius iste alius, Verbum caro fiet: quod pariter actus illi di-
tincte affirmantes recensita, non versantur circa diversam,
et notam veritatem, l. materiam Fidei, sed diversimode percipiunt
circa materiam, l. veritatem, quam prius solum in Ipso, et uni-
versali actus Fidei attingere poterant. Itaque eadem doctrina
a fortiori militat in definitionibus Ecclesie, que in divis au-
gentur; nam si accipiuntur subjective, sunt totidem actus
Fidei magis expliciti circa materiam Fidei, que antecedenter
ad ipsas non tam distincte credebatur, saltem ab omnibus, et
in omni tempore, non propter defectum revelationis, sed pro-
positionis, que t. tempore obscurata fuit, l. nunquam ab eo
clare facta, ut illi actus Fidei elicerentur; si v. accipiuntur
objective, certum apud omnes est, eorum obiectum esse compe-
hensum in Scripturis, et traditionibus, et sequenter iam
ipsidem revelationem. Si denique easdem definitiones reflexe di-
videre, et intendere, eas ad materiam Fidei, pertinere, inde quod
suscipere nitaris augmentum in materia Fidei, negato respondens
ad ipsam, quod de Conciliis, Pontificibus, et alijs huiusmodi
dictum est, quippe ab eisdem Ecclesie Fidei sanctorum erat, om-
nem definitionem dogmaticam Ecclesie esse Fidei tenendam,
et sequenter, licet in Ipso, et universali, illi omnes de-
finitiones ea tunc credebantur, et solum distincte temporis
decursu crederi incipiunt, non propter notam revelationem, sed
propter applicationem notam, et diversam illius revelationis, que
constitit, Spiritum sanctum specialiter assistere Ecclesie, quo-

res aliquid simile declarat, et definit, et cum ipsum factum declarandi, et definiendi per se ipsum dicitur omnibus promulgatione simili definitionis, intelligitur iam ea generalis revelatio sufficienter applicata definitioni illi particulari, proinde quod obligans ad eandem in particulari credendam.

Disputatio 3^a

De revelatione Divina necessaria ad Fidem.

Cum passim in hoc tractatu de revelatione Dei sermo institueretur, quid ipsa sit, et quatenus ad actum Fidei pergere debeat, quid explicandum est. Revelatio, si eius ethymon inspicimus, nihil aliud est, quam ablatis veli, quo res aliqua occultabatur, ut adnotat S. Hieronymus in caput 13^o epistolae ad Galatas; propterea quae quaevis rei aliunde ignota manifestata a Deo facta, revelatio Dei dicenda est, eo quod agitur, quod explicatio fuerit, et magis specialiter a Deo procedens; propter quod neque improprie, neque infrequenter illustrationes mentis de superius in his revelationes Divinae in Scripturis appellantur, et quam propiusvisio visio ipsa Dei, quae eiusdem substantiam, et immensum illud perfectionis pelagus Beati felicissime rezerat. Ceterum revelatio vix adeo clara, et rem ob oculos ponens, et non componitur cum obscuritate Fidei, et saltem ad eam non exigitur, ut forte quae rei assentitur, non quod videat illam, sed quod Deus dicit ipsam; quare revelatio Dei in presenti quae eiusdem locutione accipitur, et non qualicumque, sed illa, quae simpliciter rem affirmat, et proponit, quin ulterius eandem explicet, et declarat; duplex quippe locutionis, qua quis, quod in mente habet, alteri revelat, genus agnoscendum est. alia enim est locutio simpliciter modo rem aliquam proponens, et alia eandem ita explicans, ut audiens in suo assensu non tam deferat loquenti, quam terminis ipsi, quibus res dicitur: revelatio autem Dei, de qua in presenti dicendum est, non huius posterioris locutionis ditionem, sed illius prioris imitatur; quin imo, si quando invenitur revelatio Dei explicans, et probans aliquam rem per causas, sive extrinsecas, sive intrinsecas, et per effectus eiusdem, ut Fidei dixerat, intellectus, et assentitur, non debet attendere, explanationi, et probationi, sed explanationem ipsam, et proba-

tionem credere firmiter propter testimonium Dei dicentis.

Sectio 1^a

Quid, et quotuplex sit locutio Dei necessaria ad fidem?

Rationalis locutio, quae sola ad praesens institutum facere potest, alia est ad se ipsum, et intercedit, quotiescumque aliquis aliquid intelligit, intellectione producta; nam, quicquid sit de identitate intellectionis, et verbi mentis, a quod omnes tam Philosophos, quam Theologos, certum iam est, ab omni intelligenti creato verbum produci, quod etiam species expressa appellari solet; atque etiam Divini, et increati intellectioni non omnino improprie nomen istud accomodari posset, quod, licet protus improducta, Deo, atque proinde sibi ipsi omnia quam clarissime manifestet, et representet, nisi in ratione Verbi plus attendetur ratio producti, seu expressionis, et representati-onis vere, et realiter Deo, et propterea praefatum nomen in Divinis omnino proprie et personae convenit, eidemque secundum propriam processionem significantis merito ab omnibus usurparetur.

Alia locutio etiam rationalis est ad alterum, et quidem dupliciter: 1^o ad alterum secundum suppositum tantum, et haec videtur invenitur in Deo, in quo solum cum perfectissima naturae unitate triplex suppositum regitur, et adoratur: quae 1^o si precise active usurpetur, dicitur in productione Verbi Divini, quae 2^a est inter Divinas Personas; si 3^o significative, et representative, in ipso Verbo, quae Pater omnia dicit, et declarat, quocumque amplissimam suam mentem complectitur, seu comprehendit, audientibus ab aeterno omnia illa tum Verbo ipso, tum et Spiritu Sancto, et a tempore suscitatis Beatis omnibus, sed non eadem amplitudine, sed secundum mensuram verminis, quo fuerint superne instructi; de huiusmodi Verbo, et locutione, sicut multa in tract. de Trinitate dicuntur a Theologis, et quorum praecipua ibidem dedimus, ita nihil, quantum ad praesens attinet, disputandi venit. 2^o locutio potest esse ad alterum

secundum naturam; quatenus videlicet intelligens alteri a se
secundum naturam, ~~fit~~ quod prodeperit, manifestat. Cum enim
intelligibile possit esse in intellectu, l. solum habitualiter, seu
secundum memoriam secundam, quatenus est expositus in-
telligere aliquid, l. in actu, seu ut actu videtur, quando
nimirum est illud intelligens; l. denique ut ad alterum relatus
sive habitu, sive actu, prout scilicet est potens illud ipsum
alij manifestare, l. actu illud manifestans; quippe omne ens
intellectuale non solum sibi, sed etiam alij quodammodo in-
telligit, et q^a sibi intelligit, potens efficitur declarare alij ac-
ceptum suum; propterea declaratio huiusmodi locutio^{is} quam ap-
prie dicitur, et similiter verbum signum illud, quod ad decla-
randam rem assumitur, et efficitur. Et in hoc sensu verum est,
quod habet S. Thomas 1. 2. q. 107. a. 1. dicens: nihil enim aliud
est loqui ad alterum, quam Decretum mentis alteri manife-
stare.

In hoc, inquam, sensu, in quo etiam loquitur
ibidem S. Doctor; q^a non quavis manifestatio mentis proprie
locutionis rationem participat; quavis enim creatura a Deo pro-
ducta, eiusdem sapientiam, bonitatem, et omnipotentiam reprae-
sentat, atque manifestat, q^a illud psalmi 148 Celi enarrant glo-
riam Dei, et non nisi improprie Dei locutio dici potest, et
ampli supponitur (vbi verba dantur) producta a Deo ad
representanda sui modo illa attributa; q^a nimirum ulterius
ad propriam locutionis rationalis rationem exigitur, quod si-
gnificatio sit de genere intentionali, sive illa naturalis sit,
sive ad placitum, et non per precissam alicuius, l. aliquarum
perfectiorum participationem, aut Innotationem. Quin imo neque
sufficit significatio utrumque intentionali, aut quasi intentio-
nali, ut Deus dicatur proprie loqui ad aliquem; aliam om-
nia nostra intellectus, l. etiam cognitio esset locutio Dei, cum ab eodem
proprie sit, et intentionaliter representet obrem a Deo proprie
lectum. Hec enim igitur est, signum quo locutio perficitur, esse signum
in quo, et quod proinde eo facte obiecti se habeat respectu auctoris
et medio illi cognoscentis; atque ideo licet cognitio respectu de-
minationis cognoscentis, quam ipsa constituit, non possit esse per

que locutio, seu respectu denominationis reflexè cognoscens,
 seu illius, qua cognoscens reflexit super hanc cognitionem, et
 sufficienter advertens, illam a Deo fuisse inspiratam, ean-
 dem ut Verbum Dei amplectitur, et Fidem actu eiusdem ob-
 iecta assentit, ut flexumque Prophetis dangebatur.

Pledumque, inquam; qd Deus non semel aliter
 ipis, que nomine eius significatione exant, revelare duc-
 vit, scilicet vocibus in aëre humano modo significanti-
 bus per se solum, sive assumpto corpore, sive sine illo,
 ministerio Angelorum efforhatis: item vocibus interi-
 oribus; et in imaginativa facultate productis; rebus ergo
 ipsis materialibus, sic l aliter ad aliquid significantibus
 compositis; quamvis in hoc loquendi genere alterius sem-
 per necessarium fuerit interius Prophetas suos admonere
 profata signa à Deo, l eo speciali ipsius commissione effi-
 ci, et ad significantibus hoc, libid assumi.

Unde constat, multa faciam, multis que modis,
 ut loquitur Agostolus ad Hebræos h, Deum locutum esse, et
 loqui, cum hominibus, et quamvis materialiter, et entitative
 locutiones huiusmodi inter se valde differant, eas tamen
 formaliter, atque significative inter se omnino convenire
 cum omnes, et singule tunc tandem intelligantur plene d-
 intate in esse Divinæ locutionis ad extra, quando intelli-
 guntur sufficienter significare nobis illud, quod Deus lo-
 quitur, et identidem Deum esse, qui loquitur; quippe ali-
 as non tam Dei, quam alterius locutio erunt, l saltem
 non sane potabit, esse Deo locutionem, qualis ad habendū
 ipsi Fidem existitur.

Hinc ut eē proprium, et genuinum locutionis,
 post in presenti, significanti modum, nemo ambigere potest,
 et iam olim Augustinus luculentè expressit libro de Tri-
 de, et symbolo, cap. 3 de locutione humana ita dixerens:
verbis nostri id agimus, cum verum loquimur, ut nostri
animus innotescat audienti, et quicquid secretum in corde
loquimur, per signa huiusmodi ad alterius cognitionem pro-
feratur; et paulo inferius: quid enim aliud volumus nisi ani-
imum, si fieri potest, cognoscendum, et perspicendum animo

audientis infere, et in nobis quidem ipse maneamus, neque
cedamus a nobis, et tamen tale iudicium, quo fiat in altero
nostra notitia profectum, et quantum facultas deditur, ad al-
terius animum animus notiter profectum? Id facimus conan-
tes et verbis, et ipso sono vocis, et vultu, et gestu corporis, et
scilicet machinamenti id, quod intus est, demonstrare cupi-
gentes.

Quin imo idem est sensus Angelici Magistri
supra laudati; expresse quippe, et determinate loquebatur de ma-
nifestatione, per quam quodammodo ipse loquens in actum se redu-
cit respectu alterius, cui mentem suam aperit, postquam respec-
tu sui in actu distinctus fuit. Deiciens, et intelligens rem, que
manifestat, et loquitur: qd non potuit non loqui, de modo signi-
ficandi distinctio, et in quo, et non de modo significandi, et
manifestandi soli, et quo respectu audientis; nam actus,
quo iste locutur audit, et percipit rem, que ipse dicitur
actus eiusdem est, et non loquens. Disputatur autem, an lo-
cutio Dei sit actus aliqua spiritus cum eodem identificata, an
potius distat locutur in seipso, que ab ipso, et nomine illius
producentur? 1^o tenent Calietanus, Ioannes a S. Thoma, Ferrus
et Palanus; et 2^o communior Theologorum sententia cum D.
Leximo disp. 3. de Fide, sect. 3, et que 1^o suadet ex Apostoli
ubi supra dicente: multifariam, multis que modis. Ubi Deus
loquens Patribus in Prophetis (seu per se sanctorum, qui a speculo
sunt Prophetarum, ut dicitur in Cantico Zacharie, apud Lucam
cap. 4^o) notissime diebus istis locutus est nobis in filiis, scilicet
Christo, et quidem ut homine; qd precise ut talis notissimus, et
notissime apparetur dicitur, potest, sed locutio, que sit multatim
mis, et iam antiquior, iam que notissima, nequit identificari
cum Deo, qui secundum se totum simplicissimus, et proprie
uniformis, et generis est: qd Pytheca locutio huiusmodi non pro-
cure a Deo per se ipsum edita est, sed per Prophetas, et Christus
Dominus, seu per se ipsorum nomine Dei loquentium pro-
nunciata: qd necessario quid creatus est, et omnino extra Deum

Confirmatur 1^o ex Apostolo 1^o ad Thesalonios
1^o cap. 2 dicente: ideo et nos gratias agimus Deo sine intermis-
sione, quoniam cum accepissetis a nobis Verbum auditu

(scilicet Fides, nam Fides ex auditu Romanorum lo) accep-
ti illud non ut verbum hominum, sed (sicut est veru) Ver-
bum Dei: qd verba ipsa, que faciebat Agostolus instans
illo circa res Fidei, accipienda erant, ut verba Dei vere
talia, et locutio Agostoli conveni debat locutio Dei, a quo
missus erat et uius nomine loquebatur; sed verbum prola-
tum ab Agostolo cum Deo identificari non poterat: qd 2^o
ex frequenti illo in oe Prophetarum, hec dicit Domini: Ver-
bum Domini, quod factum est, et alijs huiusmodi: que omnia
aperte insinuant, locutionem eoy tunc non ut sua ipso-
rum, sed ut locutionem Dei, illius que revelationem pro-
priam Fidei, et propriam ad illam esse accipiendam, que ta-
men longe est ab identitate Dei.

3^o Probatu 2^o ex Angelico Magistro, qui totus
nostris in presenti est, quantum ad Palancum videatur ab eo
recedere, quicumque in presenti cum ipso non sentat: nam
1^o 2^o 2^o q. 5. a. 3. ait: obiectum formale Fidei est 1^a veritas, se-
cundum quod manifestatur in Scripturis, et doctrina Ecclesie,
que procedit ex veritate 1^a manifestatio, que propinquissime lo-
cutio est Dei, et 2^a, summi, qd veritatis actus significativus
ad extra, distat in Scripturis, et doctrina Ecclesie, quod
certe non identificatur cum Deo. 2^o in 3^o, dist. 20. a. 2. quod trunculat.
(et non 6^a, ut legitur apud Palancum) dicit pariter, obum
Fidei non est veritas 1^a secundum quod est in re existens
tanti; sed secundum quod est nobis divinitus annunciata; qd Fides
ex auditu: ex quibus sic 1^o qd id, quod propter 1^o veritatem
ad Fidem ex parte obiecti motus, et per modum revela-
tionis exigitur, non est idem re cum Deo; aliam veritas 1^a
secundum quod est in re existens tantum, esset obum Fidei forme,
et motus. 2^o: annunciatio, seu revelatio Dei necessaria
probatu a Santo Thoma, qd Fides ex auditu: qd est per acce-
ptibilis auditu nostris saltem interiori pro statu in q. sed
nihil identificatum cum Deo ab se ratione sua, et in se
perceptibile: qd

Sed expresior adhuc est q. 48 de verit. a. 3. ita
locutus, Fides est duplex, scilicet secundum duplicem auditu et
duplicem locutionem; et enim Fides ex auditu et dicere Rom. 10:

est etiam quaedam locutio exterior, qua Deus nobis per Prophetas
loquitur: quaedam interior, qua loquitur nobis per inspira-
tionem internam: dicuntur autem ipsa interior inspiratio locutio
quaedam ad similitudinem exterioris locutionis: sicut enim in ex-
teriori locutione proferimus ad ipsum audientem, non ipsam
rem, quam notificare cupimus; sed signum illius rei, scilicet vo-
cem significativam; ita Deus interior inspirando non exhibet
essentiam sui ad videndum, sed aliquod sui essentiae signum, quod
est aliqua similitudo spiritualis sui sapientiae. Hae clausulae
sunt, quam exponendi debent; nam locutio ad extra, verbum
et vox significativa idem apud omnes sunt, et x^a S. Doctorem
signo rei, quo Deus utitur ad manifestandum alij Deum sui
sive quod in mente habet, dicitur esse voce significativam.

Probatur 3^o, et a ratione idem assumptum; nam
1^o maiori, et meliori parte Philosophorum duplicet identitas actio-
nis Dei ad extra cum ipso Deo, docente Philosopho 1 Met. cap. 4,
quandocumque aliud quidquam, preter verum, et id, quod fit, boni
actus in eo, quod fit, est, et significatio in eo, quod significatur;
quorum v^o unus non est aliud quoddam opus preter actionem
in ipso actio est, ut visio in vidente; quibus dicitur S. Tho-
mas cum scripsit alias, tum 1^o Magister, cap. 79 dicens, neque
est simile de relatione volentis ad volitum, et creatis ad cre-
atum; nam velle est actio in voluntate manens; unde non dicitur
intelligi aliquid extra actum; sed facere, creare, et gubernare
significant actionem terminatam ad exteriorum effectum, sine cuius
existentia huiusmodi actio non potest intelligi; ut pote videtur
et non Deo debet inesse x^a sensum verborum S. Doctorem, qui
propterea, quoties oppositum invincit non de actione productiva
ad extra, sed de actibus volentis, et intelligendi, quibus se pro-
parat, et veluti accingit, et quidem ab eterno, ad agendum ad ex-
tra et in tempore, exponendus est; quandoquidem etiam prefati
actus sunt proprie Dei, scilicet non solum denominative, ut
actio creandi sed etiam subjective, atque suo modo perfectio
et qui proinde ipsi non nisi ab eterno possunt provenire.

2^o q^a licet modo permittatur, et pretermittatur
sua preterita identitas, atque adeo etiam actionem productivam
signi exterioris cum Deo identificari, locutio Dei ad extra, seu

verbum exterior non in illa actione, sed in signo realiter
 producto debet consistere; nam locutio, et verbum prout in pres-
 senti, cum sint formaliter manifestativa, et representativa,
 debent ratione sui ab audientibus esse perceptibilia, et non actio
 (qualicumque illa sit) productiva signi, sed signum ipsum
 est ab audientibus perceptibile, et respectu eorundem manifesta-
 tivum, et representativum: quod ipsum exit proprie loquendo verby,
 et locutio ad extra; quemadmodum etiam verba nostra, seu vo-
 ces non in motibus illis consistunt, quibus labia moventur,
 sed in multiplicitate illi sono, quem labia ita se movento, et
 percutiendo aërem, edunt. ~~Et~~ Evidenter omnino vegetus ad
 hominem Itra Palangem excludentem singulariter a Tribu-
 tione foelis moniti Fidei sapientiam, et veracitatem Divinam,
 illud que adquate collocantem in Divina revelatione ut ab
 illi Itra tributa; quod nimirum sapientia, et veracitas Dei non sunt
 nobis ratione sui manifeste, neque perceptibiles, sed neque re-
 velatio consistens in actione identificata cum Deo est nobis
 ratione sui manifesta, et perceptibilis: quod revelatio, et locutio
 Dei, que quomocumque includitur in motibus credentibus, non
 potest identificari cum Deo, sed debet necessariò consistere in ali-
 quo signo creato, et in tempore producto.

Vegetus aliter hoc eadem rationem apud
 Advocatis si inter intelligendy actio physica, et terminus re-
 aliter distinguantur, ratio verbi, manifestationi, et represen-
 tationi foeliter in termino, et solum virtualiter in actione est
 locutio; quin etiam 2^a sententiam communem Verbum illud
 prout ineffabile, quo Pater ad intra omnia dicit, ex parte
 termini producti, et non ex parte principij producentis distri-
 buitur, et licet apud alios, cum quibus in tract. de Trinit.
 sentiebamus, prefatum ipsum Verbum, secundum quod reali-
 ter a Patre distinguitur, sit actio, qua a Patre producit,
 etiam apud illos esse Verbum, manifestationem, et declara-
 tionem; non quod actio est, sed quod est terminus vitalis illius
 productionis, eidem competit: quod utrumque in presenti sta-
 tuatur de actione, qua Deus producit signum illud ma-
 nifestativum, ~~in~~ in signo ratio manifestationi, revelati-
 onis, et locutioni foelis collocanda erit.

Dicitur 1^o ex Ferre, qui unus cum Joanne a S. Thoma appetitus Salanco perfluxione videtur: nomen istud calectio significat actionem productivam caloris, et non ipsum calorem: quod nomen istud locutio pariter actionem signi productivam, et non ipsum signum significabit, et addere potuisset, locutionem esse actum vitalem, et consequenter intraneum loquenti, in ipso que manentem, quod respectu Dei proprius requirat sine identitate reali cum ipso. Hec sequentia: quod 1^o nomen significat aliquid precise de genere physico, et 2^o aliquid de genere intentionali, et representativo, propterea que sicut 1^o actionem significat physicam, ita 2^o actionem intentionalem, que ex terminis precise grammaticalis est, et appellatur actus, quod denominationem activam, quam presefert, non terminis, sed principis communicat, et cum hec denominatio activa proportionari debet passivae, quam terminis dicitur representato, et significato per ipsam, ut terminum non denominat physice productivam, sed intentionaliter, et representativam, ita non debet, nec potest ex terminis precise denominare principium physice producens, sed precise intentionaliter, et representativam: quare paritas iste inspecta pro nobis est.

Ad confirmationem in gratiam arguendi abiectionem dicimus, locutionem externam non esse forlitem, sed tantum presuppositivam, et arguivam vitalem; non, inquam, forlitem; nisi immanentia requirita ab actu vitali potius appelletur super terminum, qui essigitur immanens, et in simili locutionis terminus productivus extra loquentem est; presuppositivam quod et arguivam; quod locutio proprie talis, et rationalis non quelemcumque, sed intellectuales vitam presupponit in loquente quin imo etiam in nobis locutio exterior non propterea physice vitalis dici potest, quod verbum significans producat, sed quod identidem inter loquendum, et labia diversimode moventur, et vibrationem multiplicem sibi intrinsecam acquirunt, quamvis non decessunt, qui etiam huiusmodi vitam illi disputent, et negent, quod ego non curis.

Dicitur 2^o locutio est actus proprius loquentis. quod debet esse immanens, sicuti alius quivis proprius actus viventis. Distinguitur autem locutio interior, qualis est intellectio

et productio Verbi Divini, et inuicem in mea opinione
 locutio propria creaturę spiritualis ut talis, et in pro alij,
 seu ad alios recipiatur, et dirigatur, Dico: extention, subdi-
 stingo: est proprius loquentis actus denominative, Dico: sub-
 iective, et perfective, nego aut, et etiam, ut omnes fateri
 tenentur non solum in Scriptura, sed etiam in scri-
 ptione; et q^a, ut iam dictum est, immanentia solum neces-
 saria reperitur in actu, qui etiam subiective, et perfective
 est proprius viventi, et propterea exigit, non solum actionem,
 sed etiam, imo magis, terminum immanere.

Dices 3^o: signum illud posse esse proxi-
 ab alio, quam a Deo, et disquenter ratione sui ne qui-
 dem denominative fore proprium Dei. Resp. ita quidem
 esse, si secundum se tantum videretur; nam videri ille sen-
 sibilis tam que in aere, quam que intra nos formantur, esse
 omnino esse possent, sive a Deo sola producantur, sive ab alio
 qui nomen, et personam illius vere gerat, aut etiam fingat,
 et simulet; cum possit Diabolus in Angelum lucis transfor-
 mari, et propterea magnam prudentiam, et lumine opus sit
 ad discernendum, utrum a bono, et malo spiritu procedant,
 et utrum Deus sit, et alius, qui Deum se fingit, et nomine
 illius loqui: at quando Deus loquitur, et facit aliquem suo
 nomine loqui, multipliciter alias idipsum ostendit, quia
 que exhibet argumenta, ut idipsum sufficienter agnoscatur,
 que credulitatis argumenta appellantur; et quancumque
 actus Fidei elicitur, non solum quoad speciem, verum etia
 se ipsa Deus est, qui loquitur, et immediate, et per aliquem
 Fidelem suum Ministrum, atque proinde tunc illa seu
 locutio, seu revelatio denominative propria Dei est, quem-
 admodum locutio sensibilis Angeli boni in corpore assump-
 to propria eiusdem est, quod tunc ab eo procedat, licet
 idem sonus ab spiritu nequam etiam pariter potuerit.

Dices 4^o: hinc fieri, creaturam quamlibet
 esse locutionem Dei, qualem revelatio ipsius requirit, cum
 nulla sit, que sui Conditoris virtutem, et sapientiam mi-
 xabiliter non ostendat, et quodammodo pignoret. x^a illud psalm^o
 148, Celi enarrant gloriam Dei. Respondetur, illationem
 eodem modo vixere Adversario; nam si quod est in ea

abstrahi, similiter invenitur in actione productiva creaturarum,
quæ apud ipsos realiter identificatur cum Deo, et Insequentem
modo significativa sit, non poterit non habere propriam lo-
cutionem Divinæ rationem, præsertim cum apud eandem actio
illa ad intellectum practicum spectet. Ab omnibus quæ difficul-
tati occurrendi est, et dicenti pro omnibus x^a ea, quæ supra
adnotavimus, creaturas physice tantum representare. Deum
secundum quod eundem esse participant, et locutionem proprie
dictam in sensu questionis debere esse alio modo, nempe inten-
tionali representativam, et quidem non Dei ipsius præcise, sed
illius potius, quod Deus manifestare nobis intendat, et propterea
eidem assensum exhibeamus, quia illud Deus revelat, et dicit,
sive quid Divinum illud sit, sive creatum; et non quia ex cog-
nitione creature per discursum arbitrium inferre, perfectiones
illius infinite nobilibus, et alias quamplurimas in eundem
Authore splendere.

Dicitur 5^o, et cum Galieno opponit S^r Thom^s hic l^o
q. 1. a. 1. dicentem: in Fide, si videremus formalem rationem
obri, nihil est aliud, quam veritas prima; non enim Fides, de qua
loquimur, assentit illi, nisi quia a Deo revelatum est. Unde ipsi
veritati Divinæ Fides innititur tanquam medio, in quibus cum
pro motivo, et medio Fidei indicivminatum iam veritas
iam eundem revelatio secundum illud, nisi quia a Deo est reve-
latum, designetur, sequens est, revelationem, et igitur veritatem,
nimirum in dicendo, pro eodem esse usurpatam, sed locutio, quæ
non sit Deo intrinseca, neque cum ipso identificata, nequit
eadem esse cum veritate. 1^a q^o.

Respondetur, discursum nimis fallacem esse, et
saltem in sensu formali, quem plexumque intendit S. Thom^s,
et maxime in presenti, veritas 1^a etiam in dicendo a locu-
tione Dei ad extra distinguatur; nam Deus veritas 1^a foret
in dicendo, quamvis nihil locutus fuisset, et similis per
fectio proxima necessaria est, et pertinens ad actum 1^o,
Intens^o que propterea in summa illa expeditione, et ne-
cessitate dicendi verum siloquendi sit; locutio v^o Dicens 1^a
et pertinens ad actum 2^o; quare S. Doctor non usurpat
eandem 1^o veritatem in dicendo, et revelationem, sed hinc designat
perfectionem illam Dei, quæ ipsius testimonium facit esse infallibilem

cum enim Fidei exhibeatur solam rebus a Deo revelatis, et
 iniquis quibusque erant perfectio Dei, que revelata ab eodem di-
 gna videbatur efficere; et huiusmodi perfectio et 1^a , et summa
 veritas in dicendo, que pariter est summa dignitas, et Deo
 loquenti creditur: et in designatione huius perfectionis non me-
 minit S. Thomas revelationis, quam postea inseruit, quia Deo
 licet sit 1^a veritas in dicendo, actu tunc solum habetur Fides,
 quando actu aliquid dicit, et revelat; propterea quod, ut max
 videbitur, revelatio satis frequenter in Decreto usurpatur,
 et prout significat 1^a veritatem loquentem, seu revelantem.

Sectio 2^a.

An Deus ut Author nature, posset loqui cum homi-
 nibus, et aliquid eis revelare?

Quicumque revelatio Dei in presenti providentia quodam-
 modo non potest non esse a Deo ut Authore supernatu-
 rali, cum de facto Deus quicumque revelavit in hominum
 eternam, et supernaturalem vitam adinaverit. Dubitatur
 igitur, an commercium huiusmodi Dei cum hominibus (et
 idem quibus potest respectu Angelorum, si in fluxu, ut aiunt,
 naturalibus dicit, et relicta fuerint) subsistere possit in
 statu que nature? Hec ait Antonius Perez disp. 1. cap. 3, et
 cum ipso S. Munitera. Affirmat S. Ripalda disp. 5 de Fide,
 sect. 5, cui etiam nos subscribere decernimus, et —

Probatum est satis solide, et efficaciter ex dicti
 initio precedentis sectionis, x^a que revelatio, et locutio Dei ad
 extra, seu ad homines dicitur in signis illis ab eisdem
 hominibus perceptibilibus, et que Deus, et aliquis alter no-
 mine eisdem efformet ad significandam aliquid hominibus;
 et etiam in actibus imaginativis, et intellectivis potentie, quos
 Deus specialiter suggerat simul sufficienter ostendens, se-
 illis inspirare, ut veri habeantur; sed Deus ut Author nature
 potest efficere huiusmodi signa, et prefatos actus inspirare,
 cum ex terminis supernaturales non sint, sed entia pro-
 pter naturalia: quod potest Deus ut Author nature loqui cum
 hominibus, eisdem que, quod voluerit revelare. Cetera con-
 stant propter minorem, que etiam vix negari posse vide-
 tur; quandoquidem voces illas, que in aere formantur (id est
 eto de quibuslibet alij exterioribus signis) eodem modo
 ab alio agente produci possent, et similiter actus tum ima-

ginatus, tum intellectuali potentia, secundum quod ex eorum specie
et veluti tendentia colligi potest, plerumque ydem omnino elici
possent a Phantasia, et intellectu. Motus a se ipsis, modo specie-
bus sibi instructi respondentibus, et ab aliqua creatura spiritali,
que licet nequeat immediate intellectus humanum physice im-
mutare, secus v Phantasia, et mediante vita intellectum.

Confirmatur: possent intra ordinem naturalem re-
lecti loqui Angeli cum hominibus et talibus, seu quate-
nus compositi, quoddam sunt ex anima rationali, et corpore: qd
etiam Deus. An non negatur ab Adversariis, et ulterius facile per-
suaderetur: tum 1^a, q^a de facto Demones omni virtute supera-
naturali destituti cum hominibus loquuntur; tum 2^a, q^a Angeli soli
virtutibus naturalibus instructi possunt assumere corpus humano
corporei similis, in eo que voces effingere, et alia edere
signa significantia, et que veram locutionem constituant, imo
sine corpore assumpto, et per solam aeris repercussionem possunt
producere similes voces; possunt et p^{er} se in se ingerere in
interiora hominis, et per immutationem Phantasie plurima
indivertare eidem. Nam v^o Omnia non minus efficaciter perve-
deretur; nam non est cui Deus etiam ut Autho^r naturae efficiere
non possit, que facere possunt naturaliter Angeli, quos etiam
ut sic infinite excedit, p^{er} se etiam cum effectibus huiusmodi actus
vitales non vint.

Probatur 2^o. Deus etiam ut A. naturalis et verus Do-
minus, et Legislato^r tum hominum, tum Angelorum, quibus que p^{er}
pterea etiam in statu purae naturae illis leges, et p^{re}cepta im-
ponere possit, quibus et illi diligenter ad obsequendum suum finem
naturalem, et ipse supererum exerceat eadem dominium:
qd possit ydem imponere plurima alia, et positiva p^{re}cepta,
quam illa, que ex Decretu suo sunt ius naturale, et necessa-
ria; quippe absolutu alicuius Dominus plurima prohibere pos-
set pro libito suo, quam que ipsum rationis lumen vetat,
in signum scilicet supremae eius dominationis, et quando Deus
Primo notus Parenti eorum pomu^m prohibuit; cum enim hoc
secum afferat quaecumque illud dominium, quod ab homine
operatur alterum exerceat, non potest non includere supremum
Dei, et absolutu ut Autho^ris naturalis dominium; subinde que est
intra ordinem naturalem sicut aliqua necessario prohibita
censerentur q^a mala, ita alia mala esse possent, q^a prohibita
quin imo cum tunc quoque aliqua licet p^{ro}vis non necesse

ria, valde tamen Iducientia existimarentur ad Iducationem finis naturalis, et alia licet eam non impedirent, plurimum tamen retardarent, posent illa merito periculi, et ista prohiberi, ut creaturæ rationales melius, et abundantius dirigerentur. Hæc prorsus innegabilia apparent.

Hunc sic: non aliter Deus intimare posset leges, et præcepta huiusmodi, nisi loquendo cum hominibus, et Angelis: quandoquidem lumen rationis eisdem inuitum non sufficit illa cognoscere, sine ulteriori instructione, quæ media locutione fiat, cum sint præcepta positiva, et quæ potuerint non imponi, quæ quæ prorsus innoscere non possunt per generationem generatorem naturalium, sed præcipue per hoc, quod Deus sufficienter manifestet, se illa imponere. Posset insuper Deus intra eundem ordinem premia instituire non omnino debita, quibus homines, et Angeli ad sectandam virtutem, et fugienda vitia allicerentur, quorum pariter proportio sine locutione Dei, quæ sufficiat ad veram revelationem rationem, prorsus repugnat, et imperceptibilis est. Demum, ut Regius Vates arguebat dicens psalms 93, nonne qui formavit aurem, non audiet? Qui fixit oculum, non considerabit? Qui alijs dedit etiam ut h. naturæ facultatem loquendi, adinvicem que agnoscendi Deum suum, ut Authorem naturæ prorsus multum exit, et sine facultate loquendi?

Dices 1^o: locutionem saltem Invenientem in actibus illis interioribus non posse non esse supernaturalem; alij non esset inde inspirationes sanctæ, quibus modo illuminamur, et movemur ab Spiritu sancto, supernaturale probarentur. Respondetur, saltem hoc titulo non impugnari locutionem istam in signis exterioribus perceptibilibus, quæ ordinis naturalis sit. Exterea Iducio prorsus nulla est; 1^a actus sanctæ illuminationis, et piæ affectionis non proprie sunt ordinis supernaturalis, 2^a inspirantur, sed 3^a nisi per inspirationem, seu afflatum Divini Spiritus volentis non Iducere usque ad supremam, et supernaturalem felicitatem haberi non possunt; seu 4^a ex se Iducunt ad eam Iducendo, ut deorsum huius, et sequentis questionis magis declarabitur, et in tract. de ente supernaturali magis ex instituto traditur.

Dices 2^o: numquam satis intra ordinem naturæ

esse cognoscendū, utrum Dei essent, et potius alterius se Deum fingentis illa signa sive externa, sive interiora, proinde que nunquam pariter cognoscendū, Deum esse, qui loqueretur: quod saltem quod in talis profata locutio rejicienda est. Respondetur, idem eventurum in locutione Angeli, quam facile fingere posset spiritus aliquis humanus separatus, imo quo modo id ipsum distingere in presenti supernaturali providentia, in qua etiam non semel pro locutione Dei habetur, que ipsius locutio non est, sed Demonis, et deliranti phantasiæ imaginatio. Absolute licet non omnino certo, sufficienter tamen secundum rationem illius status, et luminis naturalis eo multigliciter directura colligeretur, Deum esse, qui loquebatur; quemadmodum etiam in presenti providentia ad plurima alia signa recurrendū est, ut etiam secundum humanam quidentem certum appareat, revelationem esse vere Divinam, licet in hac per alia providentia pure naturali per ipsum dei lumen, et eo speciali Dei motione habeatur certitudo alia maior, proxius infallibilis, et propria supernaturalis.

Dices 3^o, inter Angelum, et hominem, cum non multum inter se distent, posse dicitur unnaturaliter societatem, commercium que per multa colloquia, illam tamen cum Deo infinite distanti ab omni creatura, nullius extra se indigenti, et propter naturæ suæ sublimitatem extra ordinem omnem vitæ naturaliter possibilem non esse, et propterea a Philosopho se Politicorum cap. 2 proxius impossibilem existimatum fuisse, quod signum satis evidens est ad colligendū, commercium huiusmodi favorem vitæ omnem naturalem ordinem excedentem. Respondetur, esse quidem impossibilem societatem, que ita Deum cum hominibus devinciat, ut unam eandem que Republicam, et utrinque visibilem constituat, sed non regnare etiam naturaliter, imo non posse non esse inter ipsos eam societatem, que est inter membra, et caput civile, inter subdito, et Dominum, ac Legislatorem, invisibilem quidem, sed evidenter ut talem cognoscitur, qui multa ab illis in signum servituti, et subiectionis pro suo libito exigere potest, eisdem que manifestare. Tenetur utique Deus, si eisdem libuerit, similia precepta imponere, dum eadem manifestat, vere loqui; sed obligatio ista non ex aliquo creaturæ vice, sed ex summa ipsius veracitate descenderet, et in exercitio foret summe libera, cum non

solum posset nullam eandem creaturam Deo, sed etiam nul-
lum cum ipsi semel idem sermonem habere, eandem dixi-
gens solo terminis xōlis ductu, nullis que posterea adiectis
legibus: quae locutio Dei etiam tunc favorem aliquem spe-
cialem includeret, sed favorem inter naturalem ordinem
manentem, qualis etiam communiter, et vere habetur inte-
gritas corporis, existans ingenium, et alia huiusmodi.

Dices 2^o: naturaliter incognoscibile est, quod non
est cognoscibile, nisi per Dei revelationem: q^d q^o naturali-
ter impossibilis est revelatio Dei. An^o videtur communi S. P.
et Theologorum sensus inde inferentis apud Patrem Quirz diq.
4^o de Trinit. 1. 3. esse naturaliter incognoscibile Trinita-
ti mysterium, quod X^{ps} Math^o 11, et Jo^h Luce^o asserue-
rit, neminem posse cognoscere Filium Dei, neque Patrem,
nisi cui Filius revelaverit; quibus donat S. Thomas 2^o 2^o
q. 172. a. 1. docens, et probans, prophetiam naturalem non
esse, q^o propheta simpliciter dicta non potest esse a natura, sed
solum ex revelatione Divina. Insequentia r^o satis conspicua est,
q^o quicquid sit de veritate revelata, que saepius aliunde
cognosci potest, revelatio ipsa non potest, nisi per revelans
cognosci, et Insequentem naturaliter omnis Dei revelatio in-
cognoscibilis erit, propterea que absolute supernaturalis.

Distinguo an^o: quod non est cognoscibile cum omni-
moda certitudine, ideo: quod experisse, licet cum non omni-
moda, aliqua tamen certitudine, non est cognoscibile, nego
an^o, et diam. Nimirum aliquid dupliciter agnosc^o potest, pro-
babiliter scilicet, et omnino infallibiliter; et sunt pluri-
ma, que licet naturaliter infallibiliter omnino agnosc^o
non possunt, bene tamen probabiliter, et etiam certo mo-
raliter, ut dicitur in secretis cordium, que licet in se
naturalia sint, ex plurimis q^o dicturis probabiliter cognoscun-
tur, non possunt tamen certo infallibiliter naturaliter
cognosci. Quod species propriis illorum nulli communicentur, et quam-
vis alij talij ad invicem sua secreta revelare possint, quin
et aliquando debeant, ut verax inter ipsos suetas, et rationali sub-
sistat, et de veritate, cognitio hoc medio habita utrinque
fallibilis est, et q^o revelans fallere, l^o falli^o potest, et quando
ille vera loquatur, audiens naturaliter elicere non potest

cognitionem essentialiter Inexy cum eo quod alter se ipsa, et vera loquatur. Quando v^o Deus est, qui loquitur, et revelat, ^{habet} eo hac parte nulla p^oterit potest deceptio, & fallacia; at creatura rationali, nisi superna lumine induatur, nisi que solis r^oibus relinquitur, non poterit habere actum essentialiter Inexy cum eo quod Deus se ipsa revelat, & loquatur, et sequenter eo hac parte ipsius cognitio, seu Fides Deo loquenti p^oterita est p^oterita fallibilis. Probatio antecedenti importuna est; quia Patres ex illo Xpi testimonio dixerunt, non loquentur de qualicumque Trinitatis cognitione, sed determinate de cognitione infallibili, et sequenter de Fide, que non p^oterita Divina est, et dicitur, q^o p^oteritur Deo dicenti, sed insuper q^o in infallibilitate p^oteritur Divina testimonio, et que p^oterita simpliciter, et per antonomasiam Fides Divina appellatur, doctrina sacra, celestis, et supernaturalis, ad quam nulli vires naturales intellectus creati sufficient, ut pote qui ex se decipi potest, et estimare, Deum loqui, & revelare aliquid, quando Deus non loquitur, neque revelat. Similiter exponendy est S. Thomas, scilicet de actu Prophetie infallibili, p^oterita que supernaturali, qui sine inspiratione superna haberi non potest, docente Principe Apostolorum 2^a ep. cap. 1. Spiritu sancto inspirato locutus fuisse Prophetas. P^oterita quod alium videri potest, non esse eandem rationem de revelatione Trinitatis, Incarnationis, sublimium que aliorum mysteriorum, ac de revelatione aliorum veritatum non ita difficultium, neque adeo superantibus captum hominis intellectualis creati, de quorum cognitione non agebant tunc Patres, sed de cognitione eorum profunditiorum mysteriorum. Ceterum de hoc iterum.

Poteset p^oterita negari absolute antecedens, ut pote quod supponit p^oterit, scilicet esse naturaliter impossibilem revelationem Dei; si enim hoc non supponatur, eo terminis verum esse non potest, non esse naturaliter cognoscibile, quod cognoscibile non est, nisi per revelationem Dei; q^o si contra supponatur, & p^oteritur, posse Deum naturaliter aliquid revelare, colligetur aperte, esse naturaliter cognoscibile aliquid, quod non nisi per revelationem Dei cognosci potest, quamvis, uti iam p^oteritum est, nisi aliunde evidentem illud cognoscatur, non omnino infallibiliter illud cognoscatur. Potesit

inrupe aliter, et opportunius distingui aut: non est naturaliter cognoscibile, sed naturaliter excludente omnem favorem, et dignationem Dei ordinis etiam naturalis, Deo: sed naturaliter solum excludente dona simpliciter, et absolute super naturalia, nego aut, et idiam; quia nimirum licet locutio Dei semper includeret aliquem specialem favorem, quatenus ipse sufficienter per alia media providere posset creatis rationalibus; non est necessario per se favorem ordinis simpliciter supernaturalis; cum enim etiam per se ab hoc supernaturali ordine, sit Dominus, Legitator, Princeps, et caput civile creaturarum rationalium, posset cum iisdem colloquia habere, eandem captui, et vivibus naturalibus proportionata.

Ut haec melius percipiantur, quae oculis habendum est, vocem istam supernaturale multas equivocationibus expositam esse, praesertim cum nondum inter Authores duverit, quid sit ens supernaturale simpliciter dictum, et secundum quod ab omni ente naturali distinguitur, sicuti neque quid intelligendum sit nomine entis naturalis, per cuius distinctionem dicitur aliquid ens supernaturale; nam nisi prius dixerit, quae sint illa, quae ordo rerum naturalium complectitur, discerni satis non poterit, quae supra eum ordinem assurgant. Quia vero notum institutum non est haec exacte percipere, ex communione, magis qui recepto dicendi modo supponendum est 1^o intra latitudinem entis naturalis comprehendit omnes substantias creatas; 2^o et ex frequentia omnia illa, quae naturaliter profluunt a prefata substantia, eas dicitur in eis esse individuali, et necessaria aliunde fuerint, ut illi suas operationes exercent, finem quo eandem naturam deveniunt assequantur: quare quicquid ulterius excogletur utrumque perficiens prefatas substantias, seu naturas, merito supernaturale quoad substantiam, et essentiam asseritur, illud quod aliam earum modo insinuat dixerit, si alteri offeratur, et ab alio, a quo natum non est haberi, supernaturale quoad modum, extrinsecum, et per accidens dicitur.

Atque in ordine entitativo, et veluti effectivo procedunt; et licet in esse obiectivo, et cognoscibili non sit eadem processus ratio; nam Deus usque, quae pluribus ens supernaturale, secus ab alijs, nisi secundum aliqua peculiaris

predicata asseritur, et melius fortassis ab alijs extra utrumque
ordinem, et qui proinde extrinsecus author naturalis, & super-
naturalis appellatur, per respectum videlicet ad entia seu na-
turalia, seu supernaturalia; unde in ipsum prefaty denomina-
tiones resultant; licet, inquam, Deus supernaturalis, imo om-
nium supernaturalissimus sit, & asseratur in esse entis, ut ita dicitur,
non tamen in esse cognoscibilis, cum naturaliter etiam de-
monstrative quo ad hanc sit, et quo ad alia plurima cognos-
catur, et saltem probabiliter secundum alia plura; et contra
secreta alieni cordis, quamvis in esse entitatis naturalis,
in esse tamen cognoscibilis evidenter supernaturalia consentit
nihilominus tamen inde, seu ab ordine ipso entitatis, ser-
vata debita proportione, petenda est ratio, cum aliqua per
alijs utrumque naturaliter possint cognosci.

Propterea quippe intellectus creatus Deum sive
supernaturalissimum, sive extra omnem rerum ordinem distin-
ctum, sive ad evidentiam valet cognoscere; quia nequit non natu-
raliter alia, et saltem seipsum (nam loquimur de intellectu su-
stantialiter accepto; et intelligenti ut quod) cognoscere, eadem que
atque seipsum cognoscens non poterit non advertere, illa a
se ipsis non existere, indigere que propterea principio, a quo
sunt, et cum in infinito eundem non sit, esse aliquid $\frac{1}{2}$, et esse
principij necessario, et a se ipsis existens, illud liberum esse
et disjunctum intellectui, et alia huiusmodi, que tum in his
de eventis Dei, et attributis, tum alibi a Theologis exponuntur
et demonstrantur, & saltem quam probabilissime ostenduntur.

Contra 2^o illa predicata Dei, quorum nulli restri-
ctum in creaturis ordinem naturalem distribuentibus reperitur,
etiam in esse cognoscibili dicuntur supernaturalia, quia non pos-
sunt cognosci, nisi supra rerum ordinem naturalem intellectu
instruat, et doceatur; cuiusmodi est Trinitatis mysterium; nam
per intuitive, et in se ipsis videri non potest ab intellectu creato,
sicut neque ullum aliud mysticatum Divinum; nec 2^o etiam pro-
babiliter deduci ex his, que intellectu creatis naturaliter
cognoscit, cum illa non preferant, nisi dependentiam ab uno
universali principio eterno, indefectibili, intellectivo, et libero, ne
similitudinem aliquam cum tanto mysterio, cum nullibi ex-
tra Deum reperitur aliquid perfecte unum, et simplex cum

plexibus ad invicem realiter inter se distinctis identificationem,
 et propterea intentionalis eiusdem mysterij representatio, quæ
 cum essentiali Inexione veritati eiusdem coniungatur, non
 potest cadere in cognitionem, quæ naturaliter competat in-
 tellectui creato; imò neque representatio similis intentionalis,
 quæ probabiliter inveniatur, et eo terminis habeat illam In-
 nexionem, ut tract. de Trinit. tradidimus; secus 7^o cognitio
 probabilis extrinsece, et propter alterius auctoritatem, et
 si quis a viro, quæ veridicum existimat, audierit, Deum esse
 Unum, et Trinum.

Hinc descendit potentissima ratio nostræ assensum;
 quemadmodum enim ea expressa Dei dicuntur, prout natura-
 liter incognoscibilia, quæ neque evidenter, neque probabiliter ex rebus
 creatis, quæ naturaliter agnoscimus, possunt deduci; ita solum
 poterit esse incognoscibilis, et ex hoc capite naturaliter impo-
 ssibilis locutio Dei ad extra, quam naturaliter non possu-
 mus percipere; sed saltem universaliter hoc verum non est
 de omni Divina locutione, cum secundum dicta sectione præ-
 cedenti aliqua ipsius locutio signis perficiatur, quæ natu-
 raliter percipimus: quod non omnis Dei locutio in esse saltem
 cognoscibilis, et percipibilis supernaturalis assensum est; imò
 vix est, aut ne vix quidem veritas aliqua, quam Deus na-
 turaliter nobis revelare non possit; potest quippe sine recu-
 su ad aliquid supernaturale signis manifestare nobis illud
 mysterij signis naturaliter percipibilibus, vocibus scilicet
 in aëre efformatis significantibus identitatem unius sim-
 plicis Divini naturæ cum Trina hypostasi, quibus auditis,
 et percipitis, possemus similiter Fidem habere: quare neque
 in præsentia providentia revelatio huius mysterij, secun-
 dum quod a nobis percipitur, est intrinsece supernaturalis,
 sed propterea est a Deo et Authore supernaturali, quæ præ-
 cedit ab ipso intendente finem tum remotum, tum proximum
 ordinis supernaturalis, scilicet assensum Fidei superna-
 turalis, et beatitudinem similiter supernaturalem.

Sed insitit, et quæritur, cum in præsentia pro-
 videntia Fides hæc supernaturalis sit, pro ea quæ exigite-
 rum lumen supernaturale, si etiam in ea Fidei mysteria
 revelantur, et revelari possunt signis lumine naturali per-
 ceptibilibus, et insuper intellectus creatus absolute se solo
 potens est Deo sic revelanti Fidem habere, et quidem Divi-

nam; nam Fides dicitur humana, Angelica, & Divina, propterea fuerit
ille, cui adhibetur, Deus, homo, & Angelus? Accedit 1^o Concilium Arau-
sianum cap. 5 ita dicens, qui enim Fidem, qua in Deum credi-
mus, dicunt, esse naturalem, omnes eos, qui ab Ecclesia alieni sunt,
quodammodo Fideles esse definiunt. Accedit 2^o, idem Dequenter dicitur
de Fide de Spe, et Charitate; si enim quis naturaliter potest habe-
re Deo Fidem, ut naturaliter non etiam sperare poterit ab ipso
beatitudinem, quantumcumque supernaturalem, eundem que super
omnia, et etiam ut est Author supernaturalis ordinis diligere?
Frustra igitur Concilia, et P. D. definiunt ita Pelagium, etiam
initium Fidei, nempe voluntatem credendi sine auxilio grati
et solis naturae viribus haberi non posse. Accedit 3^o, frequenter
a Theologis, et Patribus affirmari, neque Demones, neque Hetero-
cos elidere actum Fidei vere, et simpliciter talis, quamvis illi cre-
dere dicantur, et dixerimur epistolae Jacobi cap. 2, et nullus
sit Heterodoxus, qui non admittat aliqua Fidei mysteria, illi
que assentiuntur propter auctoritatem Dei revelantis non assenti-
tibi que persuadeat.

Respondetur, esse in presenti providentia quam
maxime necessarij lumen Fidei desuper, et gratia infernum,
non ut percipiamus revelationem Divinam, neque ut utcumque
eidem Fidem habeamus, sed ut habeamus Fidem proxime infalli-
bilem, et secundu Concilium loquendi modum, et oportet ad ve-
ritatem: nam intellectus notus omni supernaturali lumine de-
stitutus, sibi que relictus credere quidem posset Deo revelanti
exteriori, Fide tamen fallibili, eo quod incedit, que persuadeat
illam revelationem esse Divinam, non essent omnino certa, et
naturale igitur lumen potens sit a vero aberrare: ut g^o ipse
us, assensus proxime infallibilis sit, debet interius a Deo doceri,
et illuminari, instans que dono proxime indebito, et super-
naturali, cuius solius sit non elidere actum Fidei, seu non
invenire intellectus ad eundem eliciendum, nisi quando non que
explanative, sed re ipsa Deus loquitur, et revelat; si enim tu-
men istud superius deficiat, Fides, que consistat in Deo, et in
quidem, et dici posset Divina, quod Deo, et non homini, & Ange-
lo exhibetur, non tamen Fides illa sublimis, et quam nomine
Fidei communiter intelligimus, infallibilis, et non proxime ad
speciem mixta Divino testimonio, sed essentialiter mixta cum
eo, quod re ipsa submittat illud testimonium.

Concilium Arausianum pro nobis ponit, quam dicit

intelligit

nos militat, cum non de qualicumque, sed determinate de Fide, qua in Deum credimus loquatur propter discrimen, quod communiter admittitur inter credere Deum, credere Deo, et credere in Deum: nam credere Deo dicitur proprie habere fidem ipsi dicenti aliquid, quae 1^a dicitur, ut sit infallibilis, et ut oportet ad salutem, supernaturalis esse debet: credere Deum est attentius existentiæ Dei, et quidem per fidem, si assensus testimonio Dei de sua ipsius existentia nitatur, naturalium, & supernaturalem secundum ea, quae modo statuebantur: credere in Deum ulterius dicitur, habere eundem pro fine ultimo, et propterea licet credere debeamus unam Sanctam Catholicam Ecclesiam, non tamen in Ecclesiam, si rigore loquendum sit: quare Concilium solum negat, posse esse naturalem fidem, qua in Deum sic credamus, ut eadem cum effectu dirigamur ad consequendum ipsum, et possidendum in se ipsis, quod naturaliter proprius repugnat.

Ad 2^{am} additum similiter respondetur, posse haberi spem naturaliter non solum de rebus naturalibus, seu naturaliter assequilibus, sed etiam de ipsa supernaturali beatitudine, sed non spem illam, quae fertur veluti in incertum, et re ipsa sit via, et processus ad eandem beatitudinem supernaturalem; et similiter posse haberi naturaliter amorem Dei super omnia, etiam ut Autho^ris supernaturalis, quod nimis ita apprehenderetur, & exanimaretur; non tamen amorem, quae sit Charitas, qualem Spiritus Sanctus infundit in cordibus nostris; quae huiusmodi actus non solum dicitur prefatam tendentiam, sed etiam unionem affectivam non posse quo ad speciem, et secundum dicitur, sed re ipsa talem, ut loquitur D. lx; ut pote per quam Deo, ut sit finis nostrae supernaturalis re ipsa adhaeremus. Hinc non frustra, sed merito Patres, et Concilia stentabant contra Pelagium, et sequaces, non posse creaturam rationalem credere, sperare, et diligere Deum, ut ad salutem oportet sine auxilio Divini gratis; quae disputatio cum Aretico non erat de actibus huiusmodi utramque, sed de actibus salutariis, et re ipsa inducentibus ad salutem perennem in possessione Dei ipsius.

Ad 3^{am} respondetur, non omnes eodem modo loqui de Fide Daemonum, et Areticorum, sed plures intendere, eorum erigere fidem habere pro merito Divinum testimonium, et non

precise signa credulitati, & proprio Spiritum, et nihilominus non esse
supernaturalem, et salutarem; eo quod Fides illa non procedat a lu-
mine supernaturali, et abesse impotenti, sed a proprio solo, et
naturali lumine eorum, quod licet possit elicere actum assenti-
entem rei aliui propter testimonium Dei, quod apprehendit, et
existimat exiteret, non tamen actum ita assentientem propter
testimonij, ut ratione ingenitæ suæ excellentiæ, et nobilitatis In-
statu cum eo, quod re ipsa existat illud testimonium, in eius quæ
apprehensione, seu existimatione nulla fuerit deceptio mentis: quæ
quam peccatim respectu Demonum sit aliud dicimen peccati
ad voluntatem, quatenus non credunt mysteria Fidei, et Deo illi
revelanti præstent obsequium, sed coacti ab evidentia signorum.

Sed instat: actus, quo quis re ipsa aliquid ^{Deo} revela-
ti credet, non potest non esse essentialiter infallibilis, quia nititur
reus testimonio Dei infallibili, et re ipsa existenti; sed si Deus
potest naturaliter aliquid revelare, actus, quo illi tunc crede-
retur, esset actus, quo crederetur eidem re ipsa revelanti: quod est
propterea infallibilis, et nequaquam neque ratione infallibilitatis
hi est necessaria in presenti providenti assistenti superna-
turali Dei ad actus Fidei. Distinguo maiorem: actus, quo quis re
re ipsa revelanti credet, essentialiter Inexus cum eo, quod
Deus re ipsa revelaverit, Deo, qui non habeat huiusmodi es-
sentialem Inexionem, sed quantum est ex se, patitur, Deum
non sic re ipsa revelare, sed precise apprehendi, & existimare re-
velantem, nego mai, et distincta similiter minori, etiam Inex.
Utrique actus sit essentialiter verus, non sufficit, quod in suum
obitum tendat ut revelatum, nisi modus tendendi talis sit, qui es-
sentialiter exigat, obitum esse re ipsa revelatæ, sicut ipse requiritur
tat; et in casu nostro, quamvis assensus tendat in rem ut re-
velatam, et re ipsa res revelata esset, tamen assensus hic essentialiter
non exigeret, potest que idem omnino præstari etiam in ca-
su, in quo revelatio illa existimaretur existens, et tamen non
existeret.

Instat ulterius: si Deus naturaliter posset cum
suis creaturis loqui, aliquando sic locutus fuisset; sed nunquam
ita locutus est; nam ubi, quando, quid, cui, & cum quo, et quoti-
dem idiomate, & lingua? Præterea quæcumque homines natura-
liter cognoscunt, & sensu, & discursu ea colligunt, et nihil præter
veritatem Divinam; sed que ex revelatione Dei habentur, quæ

Divinam potius doctrinam, quam per dicendum, l. sensum cogno-
 scuntur: q. Sed quæro ab Adversarij, an Deus se generit ut A.
 supernaturales, quando Demonem locutus est, etiam sub specie
 Sægentis decipientem, et quando eundem, dum de rebus Job cum
 Angelis suis ageret, ad collationem admittere dignatus est, illique
 lumen aliquod supernaturale infuderit, quo ipsum loquentem
 audiret? Habemus igitur, etiam de facto locutionem, et revelati-
 onem Divinam, quæ in Deum ut Authorem naturalem refun-
 di potest, imo et deberet, nisi aliunde constaret, l. probaretur,
 tum locutionem illam, tum alia quamplurima processu natu-
 ralia a Decreto Dei supernaturali, procedere illa dirigente in
 salutem præcipue electorum: et cum finis vite non, intende-
 retur in statu puræ naturæ, locutio Dei ne dum intrinsece,
 verum etiam extrinsece naturali foret. Quod superaddebatur,
 omnino impertinens est, cum auditus inter sensus numeretur
 eo que percipi potest saltem locutio externa Dei, et dicendum
 discerni modo proportionato humano intellectui, eam locutio-
 nem esse Divinam, ut potest, l. etiam deberet imperari assen-
 sus verum, quæ a Deo audirentur, et quæ per doctrinam, seu
 Deo docente sciri dicerentur, sed non per doctrinam ex parte
 audientis, seu scientis processu infallibilem, et in hoc sensu hu-
 manam potius, quam Divinam, ut pote quæ non modum
 docentis, sed discantis præseferret, et propterea absolute falli-
 bilem, uti de eadem, ut Hides Divina dicitur possit, ostensum
 est.

Rursus innititur, et opponitur: Dei loquentis id ma-
 xime proprium est, quod loquatur quando vult, et a nulla
 extra se causa obligatus, cum plerumque etiam homines, et
 Angeli simili libertate in loquendo poterant, et ratio in-
 super esse potest, loquentem sibi imponere onus dicendi verum,
 et quandam donationem facere cogitationis super aliunde occultæ,
 sed quæ a Deo sic procedunt, sunt absolute supernaturalia,
 cum non procedant ab ipso ad exigentiam alicuius dispo-
 sitionis verum naturalium: q. Vergetur h. per locutionem Dei
 datur audienti aliquid, quod specialissime est sub dominio
 Dei, illud scilicet, quod, cum aliis occultum esset, eidem re-
 velatur, quod que proinde magis proprium Dei est, quam
 sint hominis secreta cordis ipsius: quia neque poterit illud
 revelari, neque cognosci sine specialissimo Dei favore, et sine

lumine supernaturali ab eodem participato, ut ininvicem videtur
Agostolus 1. ad Corinth. cap. 3 ita arguens, qui enim hominum scit
que sunt homini, nisi Spiritus homini, qui in ipso est? Ita et que
Dei sunt, nemo cognovit, nisi Spiritus Dei. Hoc autem non spiritum
tunc huius mundi accepimus, sed spiritum, qui ex Deo est, et
sciamus, que a Deo donata sunt nobis. Vegetus 2. non potest Deus
naturaliter inire strictam amicitiam cum creaturii: quod neque
cum ipso colloquia habere; nam locutio familiaris amicitie
signum esse solet, et etiam inter homines difficilius obtinetur
a Principibus, quod excellentiores fuerint, quanto eo facilius alii
beneficia ab ipso sperantur, et accipiuntur.

Respondetur, argumentum inice persuadere, locutionem
Dei esse gratiosam, non 1. esse necessariam supernaturalem, cum 2. om-
nia etiam intra ordinem naturalem plures a Deo creaturis ratio-
nalibus favores fieri possint, pro quibus speciales gratie ipsi debean-
tur. Propterea quamvis nulla rerum naturalium institutio facere
posset sibi debitam Authoris sui locutionem, posset tamen ex qua-
dam equitate illam exigere, quoties nimis creaturis rationales
in dubia incidissent, que ab alio commode solvi non possent. Super
naturale 1. aliquid non hac regula, quod nimium extra legem
exigentiam aliusvis entis naturalis sit, mensurandum est,
sed saltem in esse cognoscibilis per hoc, quod signis naturaliter
perceptibilibus perfici non possit, ut iam satis, superque insinua-
tum est.

2. Confirmatio retorquetur; nam secreta aliorum,
ipsi ea utro revelantibus, naturaliter sciri possunt, imo ad mu-
tuam eorum communicationem ipse creaturis rationales obligantur: quod
idem tenendum est de Deo, nisi quod in ipsum obligatio huiusmodi
non cadere non possit; quod muneri Authoris, et Directoris creatura-
rum rationalium multipliciter alias satisfacere valet, et necessitas
loquendi verum, si elegerit uti hoc modo, in ipso non sit lex
aliquis Superioris, sed summę eiusdem veracitatis excellentię:
quare licet non debeat, poterit tamen pro sua liberali voluntate
manifestare alijs, etiam manentibus intra ordinem naturalem, licet
naturaliter hi alij nunquam possint secreta illa infallibiliter co-
gnoscere; quod nimis signa, in quibus pro recto locutio Dei ad extra
1. 2. 3. 4. 5. 6. 7. 8. 9. 10. 11. 12. 13. 14. 15. 16. 17. 18. 19. 20. 21. 22. 23. 24. 25. 26. 27. 28. 29. 30. 31. 32. 33. 34. 35. 36. 37. 38. 39. 40. 41. 42. 43. 44. 45. 46. 47. 48. 49. 50. 51. 52. 53. 54. 55. 56. 57. 58. 59. 60. 61. 62. 63. 64. 65. 66. 67. 68. 69. 70. 71. 72. 73. 74. 75. 76. 77. 78. 79. 80. 81. 82. 83. 84. 85. 86. 87. 88. 89. 90. 91. 92. 93. 94. 95. 96. 97. 98. 99. 100. 101. 102. 103. 104. 105. 106. 107. 108. 109. 110. 111. 112. 113. 114. 115. 116. 117. 118. 119. 120. 121. 122. 123. 124. 125. 126. 127. 128. 129. 130. 131. 132. 133. 134. 135. 136. 137. 138. 139. 140. 141. 142. 143. 144. 145. 146. 147. 148. 149. 150. 151. 152. 153. 154. 155. 156. 157. 158. 159. 160. 161. 162. 163. 164. 165. 166. 167. 168. 169. 170. 171. 172. 173. 174. 175. 176. 177. 178. 179. 180. 181. 182. 183. 184. 185. 186. 187. 188. 189. 190. 191. 192. 193. 194. 195. 196. 197. 198. 199. 200. 201. 202. 203. 204. 205. 206. 207. 208. 209. 210. 211. 212. 213. 214. 215. 216. 217. 218. 219. 220. 221. 222. 223. 224. 225. 226. 227. 228. 229. 230. 231. 232. 233. 234. 235. 236. 237. 238. 239. 240. 241. 242. 243. 244. 245. 246. 247. 248. 249. 250. 251. 252. 253. 254. 255. 256. 257. 258. 259. 260. 261. 262. 263. 264. 265. 266. 267. 268. 269. 270. 271. 272. 273. 274. 275. 276. 277. 278. 279. 280. 281. 282. 283. 284. 285. 286. 287. 288. 289. 290. 291. 292. 293. 294. 295. 296. 297. 298. 299. 300. 301. 302. 303. 304. 305. 306. 307. 308. 309. 310. 311. 312. 313. 314. 315. 316. 317. 318. 319. 320. 321. 322. 323. 324. 325. 326. 327. 328. 329. 330. 331. 332. 333. 334. 335. 336. 337. 338. 339. 340. 341. 342. 343. 344. 345. 346. 347. 348. 349. 350. 351. 352. 353. 354. 355. 356. 357. 358. 359. 360. 361. 362. 363. 364. 365. 366. 367. 368. 369. 370. 371. 372. 373. 374. 375. 376. 377. 378. 379. 380. 381. 382. 383. 384. 385. 386. 387. 388. 389. 390. 391. 392. 393. 394. 395. 396. 397. 398. 399. 400. 401. 402. 403. 404. 405. 406. 407. 408. 409. 410. 411. 412. 413. 414. 415. 416. 417. 418. 419. 420. 421. 422. 423. 424. 425. 426. 427. 428. 429. 430. 431. 432. 433. 434. 435. 436. 437. 438. 439. 440. 441. 442. 443. 444. 445. 446. 447. 448. 449. 450. 451. 452. 453. 454. 455. 456. 457. 458. 459. 460. 461. 462. 463. 464. 465. 466. 467. 468. 469. 470. 471. 472. 473. 474. 475. 476. 477. 478. 479. 480. 481. 482. 483. 484. 485. 486. 487. 488. 489. 490. 491. 492. 493. 494. 495. 496. 497. 498. 499. 500. 501. 502. 503. 504. 505. 506. 507. 508. 509. 510. 511. 512. 513. 514. 515. 516. 517. 518. 519. 520. 521. 522. 523. 524. 525. 526. 527. 528. 529. 530. 531. 532. 533. 534. 535. 536. 537. 538. 539. 540. 541. 542. 543. 544. 545. 546. 547. 548. 549. 550. 551. 552. 553. 554. 555. 556. 557. 558. 559. 560. 561. 562. 563. 564. 565. 566. 567. 568. 569. 570. 571. 572. 573. 574. 575. 576. 577. 578. 579. 580. 581. 582. 583. 584. 585. 586. 587. 588. 589. 590. 591. 592. 593. 594. 595. 596. 597. 598. 599. 600. 601. 602. 603. 604. 605. 606. 607. 608. 609. 610. 611. 612. 613. 614. 615. 616. 617. 618. 619. 620. 621. 622. 623. 624. 625. 626. 627. 628. 629. 630. 631. 632. 633. 634. 635. 636. 637. 638. 639. 640. 641. 642. 643. 644. 645. 646. 647. 648. 649. 650. 651. 652. 653. 654. 655. 656. 657. 658. 659. 660. 661. 662. 663. 664. 665. 666. 667. 668. 669. 670. 671. 672. 673. 674. 675. 676. 677. 678. 679. 680. 681. 682. 683. 684. 685. 686. 687. 688. 689. 690. 691. 692. 693. 694. 695. 696. 697. 698. 699. 700. 701. 702. 703. 704. 705. 706. 707. 708. 709. 710. 711. 712. 713. 714. 715. 716. 717. 718. 719. 720. 721. 722. 723. 724. 725. 726. 727. 728. 729. 730. 731. 732. 733. 734. 735. 736. 737. 738. 739. 740. 741. 742. 743. 744. 745. 746. 747. 748. 749. 750. 751. 752. 753. 754. 755. 756. 757. 758. 759. 760. 761. 762. 763. 764. 765. 766. 767. 768. 769. 770. 771. 772. 773. 774. 775. 776. 777. 778. 779. 780. 781. 782. 783. 784. 785. 786. 787. 788. 789. 790. 791. 792. 793. 794. 795. 796. 797. 798. 799. 800. 801. 802. 803. 804. 805. 806. 807. 808. 809. 810. 811. 812. 813. 814. 815. 816. 817. 818. 819. 820. 821. 822. 823. 824. 825. 826. 827. 828. 829. 830. 831. 832. 833. 834. 835. 836. 837. 838. 839. 840. 841. 842. 843. 844. 845. 846. 847. 848. 849. 850. 851. 852. 853. 854. 855. 856. 857. 858. 859. 860. 861. 862. 863. 864. 865. 866. 867. 868. 869. 870. 871. 872. 873. 874. 875. 876. 877. 878. 879. 880. 881. 882. 883. 884. 885. 886. 887. 888. 889. 890. 891. 892. 893. 894. 895. 896. 897. 898. 899. 900. 901. 902. 903. 904. 905. 906. 907. 908. 909. 910. 911. 912. 913. 914. 915. 916. 917. 918. 919. 920. 921. 922. 923. 924. 925. 926. 927. 928. 929. 930. 931. 932. 933. 934. 935. 936. 937. 938. 939. 940. 941. 942. 943. 944. 945. 946. 947. 948. 949. 950. 951. 952. 953. 954. 955. 956. 957. 958. 959. 960. 961. 962. 963. 964. 965. 966. 967. 968. 969. 970. 971. 972. 973. 974. 975. 976. 977. 978. 979. 980. 981. 982. 983. 984. 985. 986. 987. 988. 989. 990. 991. 992. 993. 994. 995. 996. 997. 998. 999. 1000.

lumen, proinde impotens aberrare.

Ad 23^{am} Iffirmationem respondetur, amicitiam Deum
inter, et creaturas rationales strictam naturaliter non esse possi-
bilem; quod hæc amicitia præter mutuum benevolentiam, com-
municationem exigit in bonis maxime proprijs, quod que tan-
dem aliquando mutuo etiam conspectu perfruuntur, qui mu-
tuo conspectu sine intuitiva, et facili visione Dei non potest
existere: locutio quæ sola tam strictam amicitiam, et famili-
aritatem non requirit, nec semper aliqualem amicitiam signum
est, cum sin minus inter inimicos, saltem inter Dominum,
et servum, Legislatorem, et Subditos, non solum possibili, sed
etiam quadammodo necessaria censetur. Verum et, Præmissis in
partem suæ excellentiæ, et auctoritatis succere, non nisi cum
gaucis colloquia præsertim longa habere, quod nimium eorum
maiestas nimis precaria sit, plerumque que indiget ad suam os-
tensionem: Deus autem maiestate potitur, que se sola tutis-
sima est, et propterea quin eidem quicquam detrahat, potest
creaturas suas alloqui, quando, et quomodo ipsi libuerit.

Sectio 3^a

Universaliter ostenditur, posse actum naturalem
habere motivum supernaturale.

Hæc assertio proponitur, ut statuta sectione præcedenti ma-
gis Iffirmetur. Et vero defenditur a Patribus Molina, Valencia,
Cornink, Ariaga, Oviedo, et alijs bene multis apud, et cum Ripal-
da disp. 45 (et non 35, ut habetur apud Maxim, et Furiereos)
de ente supernaturali Itra frequentiorum apud Dominicanos,
et auctores sententiam, quibus non pauci ex nostris accedunt,
secuti Doctorem Eximium lib. 2 de gratia, cap. 11. omnium Iffirmi-
me, et solidissime rem hanc versantem, quamvis, ut facile cre-
diderim, de motivo potius in actu exercito, et propterea extrin-
sece per tendentiam actu denominato locutus sit.

Jam hæc assertio pariter probatur 1^o ex Angelico
Magistro in 1^o 2^o dist. 17. q. 1. a. 4. dicente: si igitur accipimus
actum charitatis, qui est diligere Deum, et proximum, ex spe-
cie actus, non dicemus, utrum sit a potentia imperfecta, et per-
fecta per habitum gratuitum; quæ ad idem obitum ordinatur
potentia, et habitus, sicut scia, et intellectus possibili: modus autem,

quem ponit habitus in opere, et facilitas, et delectatio, et dicit Philosophus 2^o Ethicor: quod signum habitus operet accipere scientem in opere delectationem; per istum autem modum non discernitur utrum sit ab habitu charitatis inhærens, et ab habitu acquisito: effectus proprius dilectionis secundum quod est eo charitate est in virtute morali: hoc autem nullo modo cadit in cognitionem nostram, nisi per revelationem; et ideo nullus certitudinaliter potest scire se habere charitatem. Ex quibus dicit, 10^a S. Thomam, dilectionem supernaturalem precipue a naturali differre, quod meritoria sit superius felicitatis, et propterea indigere principio supernaturali, non tamen secundum speciem, et tendentiam in obitum; nam permixtat, speciem cum naturalibus obitum, et per profatam tendentiam sufficienter cognoscitur dicens, in actu animæ est plura considerare, scilicet speciem eius, quæ est ab obiecto, et modum, et effectum: si enim actus naturalis non posset habere obitum supernaturalem, facile distingueretur per suam speciem, et tendentiam ab actu supernaturali.

Hanc eandem doctrinam egregie promouet in 24^o dist. I. q. 2. a. 1. cog. et ad 13, nisi quod substantiam actus appellet, quod supra speciem eius dixerat; quia nimirum in actu, quod sic, licet tendat in obitum suum est veluti corpus, et substantia illius, cum efficacia, ut per illum actum creatura ratis ad aliquem terminum perveniat, sit veluti forma ignis, propter quam ad ordinem potius naturalem, quam supernaturalem, et contra pertinere indicetur. At exprimitur adhuc q. 10 de verit. a. 10 ad 13, ita locutus: actus ille dilectionis, quem in nobis percipimus secundum id, de quo est perceptibile, non est sufficiens signum charitatis (supernaturalis, quam semper hoc nomine intelligit) propter similitudinem naturalis dilectionis ad gratuitam; sed quilibet actus maxime perceptibilis, et cognoscibilis est secundum tendentiam in obitum, quod motivum, et facile dici ducitur: quod idem facile motivum obitum esse potest utriusque actu naturali et supernaturali. His accedit testimonium eiusdem q. 24 de verit. a. 14^o dicens: hæc duo bona, si de actibus loquamur, non differunt secundum substantiam actus, sed secundum modum agendi. Et 2^a 2^a q. 171. a. 2. ad 33. ubi: alio modo est aliquid supra naturam humanam, quantum ad modum actus, non autem quantum ad substantiam ignis: sicut diligere Deum, et cognoscere eum in speculo creaturæ, et ad hoc (scilicet quantum ad modum) datur donum gratiæ habitus alii.

Audiendum igitur non est Alvarez dist. 54 de auxiliij

num. 14 dicens, S. Thomam loqui de actu externo per charitatem imperato; nam actui externo non dicitur diligere Deum, et cognoscere eum in speculo; neque Theodina 1. 2. q. 62 solutione ad 1. intelligens S. Doctorem de dilectione in genere, et prout abstracti a naturali, et supernaturali; nam si differentia essentialis, et specifica necessario exigit obitum facile motivum diversum, dilectio supernaturalis etiam eo obto, et frequentex secundum substantiam, et speciem (prout hęc ibi accipiuntur a S. Thoma) et non per se. secundy modo, et eo effectu differet a dilectione naturali.

Confirmatur ratio desumpta ab auctoritate Angelic^o M; nam quoties S. Doctor de actibus supernaturalibus signate disputat, eorum a naturalibus differentia aliunde petit, quam ab obto, ex coaptatione scilicet ignorum cum Deo, ut in seipis est, possidendo, q^a originem trahunt a fonte illo, nempe gratiæ, unde manat aqua saliens in vitam æternam; ita loquitur de charitate infusa ad differentiam amoris Dei naturalis etiam supra omnia, quem possibilem, quin et actu existentem in Angelis admittit 1. q. q. 64. Videatur q. unica de charitate, a. 2, et 1. 2. q. 109, a. 3. ad 1. 3, ubi hęc habet, Charitas diligit Deum super omnia eminentius, quam natura; natura enim diligit Deum super omnia, prout est principium, et finis naturalis hominis, charitas autem, secundy quod est obitum beatitudinis, et secundum quod homo habet spirituales quandam societatem cum Deo; et vltim^o q. 24 a. 5, ubi amor significat coaptationem quandam appetitivam vitibus ad aliquod bonum.

Itaque refert, S. Doctorem v^o illa reduplicatione prout est obitum beatitudinis, quam alias etiam ipse reperit; q^a illam usurpat in actu exercito, et non in actu signato; quatenus nimirum actus naturalis sub quacumque ratione signate attingat Deum, nihil ducit ad perveniendy in ipsum, leuendum possidendy ut est in se, et modo proprio beatitudinis supernaturalis, cum contra actus supernaturalis hanc habeat ducentiam, et coaptationem; tum q^a alias facile discernetur unus actus ab alio vix intenty S. Doctore; tum q^a similem reduplicationem applicat principio actus dicens, prout est principium, et finis naturalis homi; cum tamen actus non habeat ex terminis representare principiy, seu tendere in illud.

Proterea 2. 2. q. 5. a. 2 inter Fidem Demoniom, et Fidelium discrimen ex imperio, vel voluntate credendi vixit

statuit, quod nimis Fidelis assensum prestat, seu gustari impe-
rat, ut mentem suam subiciat auctoritati dicenti Demoni, et
evidentia signorum Innocentia, Deum impotentem mentiri, et fal-
li esse, qui mysteria illa attestatur, et nullum eo parte obiecti
Fidei discrimen agnovit: quod et variisque Fides naturalis obiecto mo-
tivo naturali, et etiam Fides Demoni naturalis obiecto super-
naturalis; sed Demoni Fides naturalis est, seu non est donum
grati, ut ibidem ad 23 dicitur: quod id ipsum plexumque tangit
in Hæreticis assentientibus aliquibus Fidei mysterij, et quidem
non propter humanas rationes, sed propter Divinum testimo-
nium, quod x^a adversariorum nostrorum supernaturale est. Verba
Sancti Thomæ q. 14 de verit. a. 10 ad 12 nempe, quod autem Hæreti-
cus aliqua credat, que supra naturalem cognitionem sunt, non
est ex aliquo habitu infuso; quia ille habitu diriget eos in om-
nia credibilia equaliter, sed est eos quadam humana ratione sicut
Pagani aliqua supra naturam de Deo credunt, præsumunt potius, quam
opponunt nostram sententiam; quia in illis discrimen quæritur ex
principij, scilicet luminis supernaturalis Fidei, et Dequenter pro-
pterea actu Hæretici est naturalis, quia licet idem obiectum habeat mo-
tivum, a solo lumine intellectuali naturali procedit, a quo mu-
tari non potest illam maximam excellentiam, quam habet actu
supernaturalis Fidei, scilicet eo suo enuntiandi modo esse essentialiter
infallibilem.

De a ratione, et maxime a priori, quam inveniunt
S. Thomas in 13 dicit. 12, q. 1. a. 4 nunc laudatque præmittens hæc, quæ
a nobis adducta sunt, hominem, ut intelligat actu, prius præ-
sentiens esse per species acceptas a sensibus illustrata, seu depen-
dente ab intellectu agenti. Sic que ex sensibilibus ad intelligibilia,
ex effectibus in causas, et a posterioribus in priora secundum
statum huius rei procedere, licet alius futurus sit intelligendi
modus in Patria, ubi species rerum supernarum earundem pro-
prie sunt, et Dequenter supernaturales; quibus addendum est,
Angelos etiam in statu Viatorum, et Dequenter multo magis in
statu damnationis, licet nulla habeant sensibiles species, ut spe-
ciesbus quoad entitatem naturalibus, sive creatis, seu ab Autho-
re naturæ in se ipsorum ratione inditi, ut fuit communior
sententia cum S. Thoma, et suo modo quæritis, et acceptis a rebus,
ut cum suis ostendit Scotus. Cum vero motus obij in cognitionem
fiat media specie, et in amorem media cognitione, necesse
est, motionem, quam pro hoc statu exercet in actu seu intel-

lectu, seu voluntati obtem rationem quantumcumque super-
 naturale, si paxisse ipsum obtem dixeretur, non excedere
 facultatem naturalem; q^a non potest superare virtutem speci-
 ei, per quam exerceatur.

Explicatur, et roboratur ratio ista: species potius
 quam luminis proprium est veluti sigillare cognitionem, seu
 ratios representandi obtem, ita ut cognitio nunquam protendatur,
 aut protendi possit, plusquam extenditur species ipsa, et propter
 ea si species naturalis sit, et supernaturale obtem, necessarium
 est, istud representari sub aliqua ratione communi rei natu-
 rali, et supernaturali, et diversitatem totam perfici per modos
 interposito, quos synchthegorematis explicamus, l negationibus
 excludentibus imperfectiones rerum, quarum propria est species,
 uti in tract. de virtut. observabamus, atque etiam in tract. de
 essentia, et attributis: q^d ut aliquid supernaturale etiam a tale
 cognoscatur, sufficit species accepta a rebus naturalibus,
 adiecto modo super, l quod sit excedens ordinem rerum natu-
 ralium; secundum positivum v^o, quod representatur, non potest
 esse supra vim representativam illius species. Unde fit, hinc
 solum cognitionem fore supernaturalem, quando species deser-
 vit luminis supernaturali, quod propter suam nobilitatem vir-
 tutem, etiam si species eadem sit, nobilitatem pariter actum,
 et nobilitati ordini eliciet.

Hinc reduplicaciones illz sathi frequentes, obtem
attingitur ut supernaturale, l ut naturale, non semper vs-
 surgantur in actu signato, sed ex exercito, et non tam signifi-
 cant aliquid se tenens ex parte obiecti, quam aliquid per-
 tinens ad ipsum actum, in eo que sitens, et solum improprie
 translatum ad obtem, uti conspicuum est in his, sensu feratur
in obtem ut sensibile, et intellectu in obtem ut intelligibile;
intellectu obtem ut verum, et ut bonum voluntas respicit;
 quando enim idem est obtem sensu, et intellectu, volunta-
 tis, et intellectu, quz sath reduplicaciones ex parte actu, et non
 ex parte obti accipiende sunt, et ut significantes modis respici-
 endi obtem proprium actu, hoc est, sensu sensibilibiter, et
 intelligibilibiter intellectu attingit obtem, et insuper intellectus,
 ut obtem assimilatur, et voluntas ut propendat, seu feratur in
 ipsum, et propterea veritas, et falsitas actibus intellectu, et

bonitas, l. malitia voluntati actibus competit. Si v^o in actu signato, seu signate susurgentur, diriget seipsum, rem sensibilem, et etiam ut sensibilem, seu secundum illam rationem; per quam distinctiva sensibilis, attingi ab intellectu, et similiter verum in esse sui ut tale a voluntate amari, et bonum pariter ut tale representari ab intellectu, et proponi voluntati: q^o similiter obitum ut supernaturale, sive secundum illam rationem, secundum quam supernaturale distinctiva, naturaliter attingitur ^{potest} tum ab intellectu, tum a voluntate, si nimium non per speciem propriam, et quiddam tativam; sed per alienam, subinde que, ut dicunt, instar entis naturalis attingatur, et aliunde in modo attingendi nihil repugnat excedens vires naturales utriusque potentie.

Sic x^a communem Theologorum sententiam positivis et appetitibus naturalibus elicitu visionis intuitive Dei, quam maxime supernaturalem; quod nimis per species aliam visionum sufficienter naturaliter apprehendi potest, et etiam existimari possibile, et commoda; tum, eos multipliciter directura, tum ex relatione aliorum, quibus Fides habetur, quamquam non possit appetitibus affectu propria positive adducere ad illius Discussionem. Pythia obitum etiam motivum misericordie naturalis, et infuso, seu supernaturalis est omnino idem, scilicet aliena misericordia. Fluxus ergo veritates naturales proxiis immutata attinguntur tum a solo lumine naturali intellectus, tum ab eodem instructo lumine supernaturali, et infuso. Atque demum, ut iam supra observavimus circa Deum, quamvis x^a aliquo genere supernaturalem, l. g^o ut distinctiva supra omnem ordinem tum naturalium, tum supernaturalium multipliciter intellectu, et voluntate etiam naturaliter exerceri possunt; et propterea secundum Apotolum b. ad Romanos, Gentes fuerunt inexcusabiles; q^o cum cognovissent Deum, non sicut Deum glorificaverunt; licet motivum cognoscendi ipsum naturaliter attingibile esset; nempe per species creaturary, invisibilia enim ipsius a creatura mundi per ea, que facta sunt, intellecta discipiuntur. In pythia quippe x^a communem Interpretum sensum videmus et de cultu, et directione Dei super naturalibus: q^o q^o ad huiusmodi actu necessarij non est, obitum motivum esse intrinsece supernaturale; l. licet illud supernaturale sit, poterit sufficienter attingi per species haustas a creaturis visibilibus, et naturalibus, modo lumen aliquod supernaturale interveniat, atque proinde Deficiente

huiusmodi lumine, attingi poterit per actum naturalem.

Opponunt 1^o illud Pauli ad Theralonicenses 2. gratia agimus Deo sine intermissione, q^a cum accepistis a nobis verbum verbum Dei accepistis illud non ut verbum hominum, sed ut est vere verbum Dei, qui operatur in vobis, qui creditis: sed quibus 1^o colligunt ita attentionem precedenti sectioni, non esse possibile verbum Dei et Authorem vere naturalis, et 2^o ita quod sententiam attentionem, actum naturalem non posse habere motum supernaturali, alia quod percipere Theralonicenses crediderint propter testimonij Dei, non erat sufficiens motivum, ut Agostinus tum gratias impense adeo Deo ageret, tum ut illud tam specialiter in Deum et Authorem refunderet. Confirmant 1^o hoc igitur ex Concilio Arausicano cap. 25 declaranti, non posse sine gratia Dei libere arbitrij diligere Deum, ut oportet, aut credere in Deum, ubi non regent illud sicut oportet, q^a nimirum certissime videtur, testimonij Dei non posse non esse supernaturale, et nullum actum naturalem posse nisi motivo supernaturali. 2^o nam August. 2^o lib. de Predest. Sanctoy, Prosper, et Hilarius in egypt. ad eundem Augustinum referunt, Semi pelagianos duplicem fidem admittunt, aliam imperfectam, et naturalem, et alteram perfectam, et pro qua habenda necessaria sit gratia Dei per Xp^m, quos cum dampnent, et rejiciant, rejecisse pariter certissime sunt actum fidei naturalem, et multo magis innixi motivo supernaturali. 3^o q^a frequentes Concilia, et P. P. testantur, credere in Deo, sperare, et diligere eundem esse supra vires naturales creaturay carnis, imo adhuc magis vixere videtur damnatio propositionis inter Baianas 35, distinctio illa duplici amovet naturalis scilicet quo Deum amovet ut Authorem naturalis, et gratiam, quo Deum amovet ut Beatorum, vana est et commentitia, nam idipsum inferri videtur ex nostra sententia, secundu quod motivum naturale actu supernaturali, et supernaturali naturali actu potest attingi.

Respondes negando utraque sequelam; nam Agostinus non loquitur de quacumque fide, seu qualitercumque proposita verbo Dei, sed determinate de fide salutari ita respiciente verbum Dei, ut suo pronuntiandi modo infallibilitatem profereat, et in connexionem essentialem cum existentia testimonij Dei, propter quod exhibetur, ut denotat illud, ut est vere verbum Dei, quam fidem esse supernaturalem, et in Deum specialiter referendam vult catholicis Decimus: quare neutra sequela legitima

est, imo minus efficaciter probatur, cum frequentissima sit apud
Apostoly gratiarum actio pro beneficii, in quibus nihil supernaturale
splendet, aut necessarium est, ut 1. ad Corinth. cap. 1. ubi gratia Deo agit
quod neminem baptizaverit, cognoscens nimirum, inde aliquos stan-
dializando fuisse; et 2 ad Timotheum cap. 1. similiter gratia Deo se ex-
hibet, quod inter orandi Timothei semper memor erit, et ad non
baptizandi, atque ad habendi memoriam alicuius ex terminis nulla gra-
tia supernaturali opus est: quod non obstat testimonio Apostoli, ut Deo
naturaliter aliquid revelet, neque ut actus naturalis nitatur mo-
tivo supernaturali.

Ad 13. Confirmationem debemus quoad credere in Deum
non repeti illud ut operetur, sed subintelligendum esse, cum alia sequitur
ipsum Auxilianum Concilium, et alia illud applicent equaliter omnium
virtutis actibus, quod Auxilianum admittit tenentur; nam Concilium
statim adiungit, aut operari propter Deum, quin repetat illud ut operetur:
cum tamen apud eodem verum sit, posse creaturam rationem natura-
liter aliquid operari propter Deum. Ad 23. dicendum est, ac Semigela-
granis non qualemcumque fidem naturalem, seu naturalibus vir-
tibus elicitam admittam, et pyntiam fuisse, sed fidem vere Duceat
ad vitam eternam, et cui ut merito responderet gratia necessaria
apud ipsos ad consumationem, et perfectionem tum Fidei, tum aliarum
virtutum salutarium.

Ad 33. respondetur, potius Concilium, et Patrum lau-
dibus firmari nostram sententiam; cum enim dicit non potest
futura adhiberi ab ipsis adnotationem illam usque adeo frequentem
ut, 1. sicut operetur ad salutem, aperte colligitur, ab eisdem supponi
possibiles actus solius naturae virtutibus elictos habentes similem ad
speciem tendentiam, idem que omnino obtinere tam facile, quod
fidele, ceterum steriles, et infructuosos ad beatitudinem de facto
nobis promissam Dequeendam, ut pote quibus non potest quis ire,
neque pervenire ad illam, cum originem trahant a sola natura
tantae felicitati per se sola impari, et improporionata. Propo-
sitis Patrum merito fixa est, tum propter nimiam arroganti-
am improbandi, et censurandi modum apud Scholasticos Catholicos lo-
quendi receptissimum, tum quod sapit eisdem potissimum errorem
asserentem, non esse possibilem statum pure naturae, et Dequeantem
hominum, si non peccasset, futuram esse Divinalem visionem Dei
intuitivam; tum demum quod licet a nobis admittatur possibile actus
naturalis tendens signate in Deum ut Beatificatorem, non tamen actus,
qui exerceat nos successe possit ad ipsum ut Beatificatorem, qui de

Aducat ad huiusmodi beatitudinem obtinendam: quapropter etiam in nostra sententia Deus non solum est Author naturalis, seu rerum naturalium, verum etiam Author supernaturalis, seu supernaturalium, quatenus potens est donis suis gratuiti prevalere, et perducere creaturam eandem ad finem dum Deo modo longe superante vires eiusdem; proinde que in hoc sensu prolixi verba, et sustinenda est distinctio illa a modo naturalis, et gratuiti, quam temere propositio illa damnabat.

Opponunt 2^o: actus habet speciem suam ab obto non qualicumque, sed foelle, et motivo, cum non alia de causa obto sit et dicatur foelle, nisi q^a dat actui formam, et speciem: q^a actus ab obto foelle, et motivo supernaturali veniens non potest non evadere supernaturalis; q^a ab obto nullam potest mutuari speciem, l^a formam, nisi propriam eiusdem obto, et speciei, l^a forma propria obto supernaturalis, necessariis, et determinate supernaturalis est. Confirmant h^{oc} esse Augustinus dicit Julianum cap. 3. ita deludenti; notetur itaque, non officij, sed finibus a virgini discernendas esse virtutes, in quibus finis nomine obto, foelle, et motivum venit intelligendum, cum statim subdividerit, officium autem est, quod faciendum est, finis v^o, propter quod faciendum est, et propterea preminerat, ides veras virtutes habemus, q^a verum est, propter quod facimus; id est, hoc naturam instantaneum est ad salutem, et veram felicitatem: q^a quotiescumque deprehenditur finis supernaturalis, actus factus propter ipsum, eo que nitens et supernaturalis existit et insuper adducens ad salutem, et veram felicitatem. 2^o: Fides essentialiter vera non potest non esse supernaturalis, ut h^{oc} docuimus; sed Fides, que habet pro motivo veram Dei revelationem, et essentialiter vera, cum Deus, nec sit Author naturalis mentiri valeat, aut falsum loqui: gl. 3^o: Fides Deo prestita Divina est, et non humana: gl. ontario sexta, et infallibilis, cum apud omnes idem sonet Fides Divina, ac Fides infallibilis; sed Fides infallibilis est necessariis supernaturalis: q^a Argumentum animum quum falsum deprehenditur tum in actibus scientie, et misericordie infans, quibus a plerisque adversariis idem motivum, et foelle obto possibile admittitur, ac actibus scientie, et misericordie naturalium, tum in amore beatifico, quem distinctum specie ab amore v^o, licet

utrinque obto tam forte, quam male idem sit, cum pluri-
bus antea dicitur de beatitudine, sect. 3, et potius eum
S. Thoma 1. 2. q. 67. a. 6 ad 33 dicente: charitas vis per augmen-
ty non potest pervenire ad equalitatem charitatis gratie propter
differentiam, que est ex parte causae; nisi enim est quaedam causa a
nobis, ut dicitur in ethicorum. Species igitur, seu differentia specifica
actus aliunde, quam ab obto haberi potest, scilicet fortiter ab ipso
predicatis intrinseci eisdem actus, et effective potius a causa ipsi
producente, quam ab obto, cum potius dicendum sit actus habere
speciem per ordinem, et tendentiam ad obtum, quam ab illo,
nisi quatenus obtum causa simul et vere influens in illum, l
per se ipsum, l media sua specie, et cognitione: quare si ob-
iecti motus supernaturalis fuerit, et per se ipsum, l per
speciem, et cognitionem sui nobilitati correspondentem in-
fluat, actu profecto supernaturalis erit; si vero species, l cog-
nitio inferioris ordinis fuerit, non poterit supernaturalitatem
in actum referre, nisi simul interveniat principium
aliud supernaturalis. Nunc in forma distinguatur antecedens: ac-
cipit speciem suam precise ab obto, nego: non precise ab illo,
sed ab alijs etiam principijs, nego: l aliter; accipit speciem in
ordinem, in quo aliunde ditius debet, seu potius per ordinem
ad obtum, nego: speciem simul, et ordinem, nego: probatio etiam
ex dictis distinguenda est, et decedenda, si obtum per se ipsum,
per proximam suam speciem influat, et neganda, si influat
media specie aliena, et ordinis naturalis, nisi adiungatur aliud
aliud supernaturalis principium. Similiter obtum motus, et for-
te potius, l etiam, tria attenditur, ut actus ad hanc potius
speciem virtutis, Fidei scilicet, l Spei, quam ad alteram, scilicet
Prudentis, l amoris pertinet, nam quod he virtutum species
sunt ordinis naturalis, l supernaturalis, aliunde colligendum
est, quam a naturalitate, l supernaturalitate obti motus, et fa-
malis.

Ad 13. operationem respicietur, quoniamque ita
est, modo tam obtum male, quam forte respectu actus vir-
tutis non solum secundum intrinsecum, sed etiam secundum ex-
trinsecum inspiciantur; et enim, secundum virtutem operari, non
sufficit, bonum esse id, quod facit, et finem pariter, quem actus
attingit, sed ulterius requiritur, illud non esse prohibitum, seu
non fieri cum advertentia prohibitionis; contra vero, ut male agat,

~~est~~ sufficit, bonum non esse finem, et si bonum sit, quod facit,
 et contra, imo sufficit, esse per legem positam prohiberi
 illud, quod facit. Ceterum ad supernaturalitatem actu propter
 eius honestatem, ulterius requiritur, cum modo sublimiori at-
 tingere suum obitum, quam possit attingi per actum natu-
 ralem: modus autem huiusmodi non reperitur. Dicitur in eo,
 quod respiciat obitum sub aliqua ratione supernaturali eius-
 dem, ut supra satis dicitur, sed in eo, quod, si fuerit actus
 pertinet ad intellectum, habeat ex modo suo enuntiandi
 certitudinem, et infallibilitatem, quem in simili lumen pe-
 re naturali intellectualem ei communicare non potest; si
 fuerit actus pertinet ad voluntatem, et inveniatur in eo,
 quod ducat ad felicitatem supernaturalem, ut in posteriori
 verbis intinuat Augustinus exigens inducentiam ad vitam sa-
 lutem, non reperitur ut vere sit actus virtutis (aliam propter
 actus supernaturales reliqui omnes videri forent, uti Moderni
 Pseudo-Augustini ista decreta Ecclesie pretendunt) sed ut sit
 actus virtutis salutaris, et promovendi naturam rationalem ad
 finem, in quem in presenti providentia destinata est.

Ad 22^{am} Opinationem respondetur, assensum illum
 naturalem, et si nitentem in revelatione Dei uti ratione assenti-
 endi non esse essentialiter verum, quod ex natura sua, modoque
 enuntiandi non Inestatur cum existentia revelationi, ut neces-
 sarium erat ad essentialem veritatem ipsius. Ad 23^{am} dicendum est,
 fidem hanc naturalem esse, dicitur que Divinam obitum, et pro-
 pter quod Deo loquenti exhibetur, et hunc propter titulum non
 sufficere ad inducendum infallibilitatem, sed ulterius requiri, Fi-
 dem esse subitve supernaturalem, et Divinam, sic que tenden-
 tem in obitum gloria a Deo revelatum, et proferat propter
 nobilitatem principii, a quo profluit, necessitatem existentis
 veris, et realis revelationis, propter quam prestat assensus;
 et quod Fides in hoc posteriori sensu Divina est, que talis, et
 quidem merito autonomastice dicitur, propterea secundum
 communem loquenti modum Fides Divina infallibilis, et es-
 sentialiter certa habetur, cum altera illa indubita, quam
 vis ad speciem Deo prebita, humana dici possit, quod effe-
 ctus sit solius luminis intellectualis humani, et defectibilis,
 propterea que potens existere, quamvis non sit reipsa, sed
 quare existimetur revelatis, que nititur.

Opponunt 3^o, et inferunt 1^o, non fore illum aliquem
certum principium statuendi supernaturalitatem horum actu
quandoquidem motivum extenditur posse esse idem pro actibus
tam naturalibus, quam supernaturalibus. 2^o, minus nimis est
nostram, et identiam, et propter modum exerce. inconstantiam
nostram salutem, quandoquidem, si ex^o motivo sufficienter non discer
nuntur actus supernaturales, et vere salutares a naturalibus,
ne quidem moraliter certi esse poterimus de salutari nostra ope
ratione, quantumcumque manumissis alijs minus nobilibus mo
tivis, propter sublimiora, et propter Deum ipsum operari nita
mur.

Respondetur ad 1^o, sufficienter iam assignatam
esse discretionem inter actus utriusque ordinis generaliter, et ut
proximum ratione veris ducentis supernaturalium ad salutem
eternam, quae in naturalibus quantumvis speciosis, illis quae ad
speciem similibus non reperitur; et specialiter respectu actus
Fidei invenitur, infallibilitas propter Inexonem cum essentia
sui motiva, quam trahit a lumine supernaturali abesse
se impotenti.

2^o potius firmat sententiam nostram, cum, si
tendentia, et expressio in actu signato esset distinctivum actuum
utriusque ordinis, facile certi essemus de vera supernaturali
tate nostrorum operationum, de qua eorum ducentia ad eternam
salutem, cum in hac vita sine speciali Dei revelatione tantae
certitudo haberi non possit. Sperare quod debemus, sed non temere
et nimis identem, sed potius similes timentes, ne veriga seque
attigerimus; et quod mortalis ista vita non patitur maiorem se
curitatem, sufficiens solatium habebunt bene operantes, et ti
morate conscientiae expectant memores, Deum nunquam deesse
sua gratia quae nostris conatibus, unde multi, et nobiles Theo
logi colligunt aequum, et cum P. Rigallo diij. 2^o de ente super
naturali, nunquam in praesenti providentia exerceat actum
naturalem infra aliquam virtutem, quin simul exerceat
actus alius supernaturalis infra eandem; et alij forsan melius
et solidius cum P. Molina, omnem actum undequaque honestum
in hac providentia evadere supernaturalem; quod Deus, quod non
vaverit ad ordinem supernaturalem, se misericorditer ingerit,
suis quae auxilijs efficit, actum supernaturalem produci, et sus
cipi actum naturali, quem elicemus, si ipse non nos sua gra

proveniret.

Opponunt 4^o effectus supernaturalis est, et censeatur
 omnis ille, qui a sola causa naturali produci non valet, et
 similiter infusus, et supernaturalis habetur habitus, qui ab
 actibus naturalibus non generatur: 1^o motivum supernaturale
 exit omne, et solum illud, quod non potest attingi actu natu-
 rali: Retorqueatur argumentis: actio pure naturalis producere
 non potest rem supernaturalem non solum attingendo illam
 et rationem sub qua, verum neque et rationem quæ vere pro-
 ducatur: 2^o nec actu pure naturalis poterit attingere ob-
 jectum materiale supernaturale, Ita quod ab omnibus modo supponitur.

Deinde igitur antecedenti, distinguatur sequens: non
 poterit attingi, si obiectum supernaturale immediate per se ipsum,
 et per proximam speciem moveat, debeat, et transeat: si moveat
 media specie aliena, et cognitione tali speciei correspondenti, neque
 ista. Similium (et alia obiectis preclusuratur) datur sufficiens
 proportio in potentia, et actu naturalibus cum ob-
 jectum supernaturale licet non omnibus modis, aliquo tamen vero modo at-
 tingibili, et attingendo, et nulla talis proportio reperitur inter
 principium effectivum naturale se solo indedatum, et inter effectum
 supernaturalem; 3^o illud cum inferiori ordine sit, non poterit
 adquate dinere, et dare esse rei superioris ordinis; obiectum 4^o
 etiam motivum, et forte non accipit esse a potentia, et actu,
 a quibus attingitur, et potens aliunde cum sit habere ra-
 tionem formalem sub qua proximam illius potentia, poterit na-
 turaliter ab illa attingi, quamvis modo longe inferiori,
 quam sit ille modus, quem specialiter sibi vindicat, et ter-
 minat, quando omnes suas vires exerit, seu exerceat.

Opponunt 5^o, et inferunt 6^o, aliquid supernaturale
 debet naturæ, nam omni actu suum debetur forte motivum
 obiectum, et aliquid supernaturale x^a nos potest esse actu naturali
 obiectum motivum: 2^o, posse Angelum h. g. evidenter naturali-
 ter cognoscere supernaturalia: 3^a evidenter, et usque ad com-
 prehensionem cognosceret illum suum actum naturalem, quo
 obiectum supernaturale attingeret, et sequenter licet abstractivè
 evidenter cognosceret prefatum supernaturale obiectum, ad quod
 haberet essentialem respectum ille actus. 3^o, posse Deum so-
 lius naturæ viribus immediate, atque proinde quidditati-
 ve, et intuitive cognosci, si enim supernaturalitas ipsius non

efficit, ne naturaliter agnoscatur etiam ut supernaturalis,
nulla ratione fieri poterit, ne immediate, et prout est in se natu-
raliter agnoscatur. Ceterum hec eodem modo videntur ista actuum
naturalem vere, et proprie supernaturalia, ut obitum morale attrin-
gentem; nam non minus debetur actui obitum morale vere ab ipso
attactum, et eque pariter ab eodem respicitur: quare dicendum est
ab omnibus, illa esse absurda non esse, et non sufficienter probari.

Ad 1^{am} respondetur, actui deberi suum obiectum tan-
tole, quam morale vere attactum, quatenus actus ratione sui
illud tali determinato modo, et non aliud, neque aliter respicit
non sicut proprietatem, et ornamentum ipsius, cum actui ex toto
minus illud extrinsecum sit; neque in esse rei, ita, ut obitum
re ipsa sit, qualiter affirmatur, et attingitur per actum; quod hoc
proprium actus essentialiter veri, qualis eo modo suo tendenti
non est actus, quem defendimus. 2^{am} omnino negatur; ut enim evi-
denter cognoscatur, obitum esse possibile, et existens in actu reflexe
cognito, etiam comprehensive, necessarium est, obitum ratione sui essen-
tialiter inesse cum eo, quod obitum ita se habeat, uti per ipso
representatur, et huiusmodi inxionem non debemus in presenti

3^{am} similiter negatur; nam impossibilitatem huius-
modi intuitus Dei naturalis, non inde inferabamus tract. de huius-
modi Deus ens sit supernaturalis, sed quod ipsa huius supernaturalis
sit, et sequenter impotens produci ab intellectu lumine
supernaturali non instructo: unde etiam retorquetur; quod Deus
scet non intuitus, et per propriam speciem, potest natura-
liter cognosci: quod etiam quodvis aliud obitum supernaturalis.

Opponunt denique, licet frustra, S^{ty} Thomam,
quod 1^a 2^e q. 54. a. 2. affirmet, habitus distinguere generis diversitatem
obitum; nam re ipsa alia etiam diversitati capita agnoscit ibidem
nempe secundum principia activa, et secundum naturam, cui in
et ad 3^{am}: ides diversitas finium diversificat virtutes, sicut et diversitas acti-
vorum principiorum: quod non pariter ex obitum, sed etiam principia
diversitate colligi potest, et debet actuum, et habituum diversitas. Sed pro
simum audientibus et q. 63. a. 3. ubi docet, virtutes infusus a modis
distingui secundum speciales, et fortes rationes obitum, quin nobis
xius sit; nam illis statuit alium distinguendi modum, nempe secun-
dum ea, ad quae ordinantur, seu secundum ordinem, quem per se
ipsas prefatas virtutes inducunt; nam per infusas bene se habent
mines in ordine ad hoc, quod sint Sancti, et Domestici Dei

cum per moxales, et acquisitas tantum bene se habeant in ordine ad res humanas: tum q^a explicans speciem illam, et solem passionem obi in virtute temperantia, sic loquitur, cuius quidem obi foris ratio est a ratione, que instituit modum in his concupiscentiis; materiale autem est id, quod est eo parte concupiscentiarum: manifestum autem est, quod alterius rationis est modus, qui imponitur. In huiusmodi concupiscentiis secundum regulam rationis humanam, et secundum regulam Divinam, quia, in sumptione ciborum ratione humana modus instituitur, ut non nocent valere fini corpori, et nec immediat rationis actum: secundum autem regulam Legis Divinae requiritur, quod homo castiget corpus suum, et in servitutem redigat per abstinenciam cibi, et potus, et aliorum huiusmodi: unde manifestum est, quod temperantia impura, et acquiritur differunt specie, et eadem est ratio de alijs virtutibus: q^a ratio specialis foris obi distinguens virtutem imperatorem ab acquisita, et naturali non est aliquid, quod subtrahere se teneat eo parte obi, sed est modus, quem actu q^uq^{ue} refert, exerceat in genere cuius foris virtutis obtinere, et ordinari ad alium finem propter suam ducentis ad finem gratie naturalem, l. supernaturalem.

Sectio 4.

An revelatio debeat esse publica, et universalis, ut actus sit Fidei Divinae, et supernaturalis?

Revelatio dicitur universalis, et publica, quando fit toti Ecclesie, l. pro Universa Ecclesia; quamvis haberi particulari facta sit, sed ut per totam publicam, et assumptam a Deo in omnium fidelium instructionem, et e contra revelatio exit privata, si fiat alii in proprium imperium, l. paucorum, et non omnium communi, et documentum. Publicam debere esse, et talem tenent Caietanus, Sotus, Banez, et plerumque Dominicans, quos citant, et sequuntur Carmelites dicti Salmanticensis disp. 1. dub. 4. Loria, Gonet, Palancus, et alij. Stentem sunt revelatione privata, modo illa sit de rebus ducentibus ad perfectum spirituale, et gloriam Dei, secus v^o si illa fuerit de re p^{er} se temporali, et ad pietatem Christianam fovendam non ducentem.

At trivium affirmandum est, sufficere revelationem privatam cum notari D. D. post D. L. disp. 5. de Fide, quod etiam imitantur Sententia Scotista, et Catharinus Dominicanus in Apologia sua Sotum, ubi affirmat, hanc sententiam proquonatum fuisse a Sapientissimo S. L. V. in Concilio Tridentino, et a Patribus eadem Concilij generaliter approbatam: et merito quidem, cum

satis efficaciter inuenerit ipsam Tridentina Synodus ses. 6. cap. 12
docens, neminem in hac vita posse esse omnino certum de salutari, nisi
si eo speciali revelatione. In quibus aperte supponitur, privatam reve-
lationem sufficere ad certitudinem Fidei Divinæ supernaturali: ne
recurret ad cognitionem scientiæ infusæ, & prophetiæ, supponendum est, &
cicilium ibi specialiter opponi Hæreticis Tridentibus, neminem veri-
ficari, qui sine Divina sibi non persuadeat suam ipsius iustificatio-
nem, proinde que non de qualibet, sed determinate de cognitione De-
i eam intelligens; præsertim cum cap. 9 ita declaraverit, nullus un-
quam valet certitudine Fidei, cui non potest subesse falsum, se gratiam De-
ique Deorum; et canone 16, qui illi capiti 9 respondet, sic definitur:
siquis magnum illud usque in finem perseverantius donum se cert-
itudinem absolutam, et infallibilem certitudine (scilicet Fidei, aliâ detra-
hendo præcedenti declarationi non responderet) nisi hoc ex speciali revelatione
didicerit, anathema sit: quod supponit Concilium, Fidem actualem Di-
vinam, seu Theologicam haberi posse ex speciali tantum, et privata
revelatione.

Immo ita non semel in ipsi Fidei mysterijs, quæ
de non solum Theologia, sed etiam Catholica, seu universalis do-
ctrina, initio dicit, per specialem, et privatam revelationem
et a persona privata creari, ut videre est in Beatissima Virgine, quæ
Angelus tot, tam que mirabilia mysteria secretis revereat, multo
pluribus, quam Univerſis Ecclesiæ proponerentur, et cuius Fides tantis
periculis data fuit ab Elisabeth calidius etiam private edocta, non
se beata, quæ credidit, quoniam perficeretur in te, quæ dicta non
tibi. Similiter, quando Abraham dixit sperem in sperem credidit futuram
sibi prolem, et latissimam posteritatem, et habere ad Rom. 4; et
quam frequentissime: quin etiam quando personis publicis, Prophe-
tis scilicet, et Apostolis revelabantur, que ad Universam Ecclesiam
spectabant, atque proponenda erant, plerumque ipsæ etiam private
et interius revelabantur ab ipsis que Fides habebat, et post-
modum a Dei præceptum, et nomine ipsius eadem Fidelibus uni-
versim proponebant, & in eorundem instructionem Divino Spiritu
afflati scribebant: quæ quod revelatio Dei privata sit, & Universalis
& quod pro paucis, & pro omnibus fiat, proinde de materiali se re-
bet ad conceptum essentialem Fidei, proinde que quod Fides Catho-
lica sit, et Universalis, et quid accidentale intuitu substantiæ
dei Theologicæ.

Probatur 2^o ratione, tam solidâ, quam efficaci. Ad
quo quis assentiret alicui rei (quæcumque illa fuerit) specie-
liter, et privatim, et sine illo respectu ad Universam Ecclesiam ip-

a Deo revelata, et propter auctoritatem Dei eam attestantis,
 et inuicem proferens Inexionem essentialem cum existentia
 illius revelationis, esset vere, et proprie actus Fidei Theologicæ, et
 supernaturalis; sed ille actus privatus, et non universalis, et publi-
 caliter revelatione. q^a ad actum Fidei Divinæ sufficit reve-
 latio privata. Secutio legitima est, et minor processu evidenti,
 cum procedat de revelatione, que neque omnibus, neque pro
 omnibus, neque de se ad omnes spectanti facta sit. Itai autē
 non minus perspicua est, et facile persuaderetur; quippe actus
 ille non niteretur evidentia rei, neque probabilitate, aut ter-
 minis illius, sed precise testimonio illam dicenti: q^d non esset
 assensus Scientificus, neque probabili diceretur deductus, sed pre-
 cise Fidei, non Angelicæ, l'humane, cum neque Angelo, neque
 homini dicenti adhiberetur: q^d Fidei Divinæ, ut pote que Deo atter-
 tanti haberetur; inuicem foret supernaturalis, cum suppona-
 tur, elici vi auxilij supernaturalis, inde que trahens essentialem
 Inexionem cum existentia Divinæ revelationis, in qua fundatur:
 q^d esset vere, et proprie actus Fidei supernaturalis, et Theologicæ.

Dices t^o, quæ factam actam non ad Fidem Theologicam,
 sed ad eam, que inter gratias gratis datas annumerari ducunt, per-
 tinere. Sed ista t^o, q^a assensus nitens revelatione privata potest
 esse de re non pertinente ad alios, sed ad ipsum, cui ea revelatio fa-
 cta fuerit, v.g. sibi iam remissa esse peccata omnia, esse de nu-
 mero electorum, insidias ista cum esse alicubi gratas, ut eas per-
 cavere possit, et sic de alijs. 2^o q^a gratia gratis data, que Fidei
 appellatur, et cuius meminit Ap^{ost.} 1. ad Cor. cap. 12. Et ex d. Tho.
 et alijs exponit Eccl. nihil aliud est, quam sermo Fidei, cuius
 nomine dexteras venit intelligenda in explicandis mysterijs Fi-
 dei, in qua sæpius homines alias satis rudel supra sapientes
 et Theologos errant, et sic agnoscitur distinctio eiusdem a ser-
 mone Scientiæ, et Sapientiæ, qui similiter inter gratias gratis
 datas recensentur; nam sermo scientiæ est declaratio rerum dicer-
 tarum rationibus, et exemplis humanis, et sermo Sapientiæ eam-
 dem declaratio per alios, et divinos causas illarum; sed nihil
 horum dici potest de assensu in revelatione privata fundato: et
 inuicem, si cum alijs Fidem eiusmodi dixeris, esse instantiam
 in retinenda, et defendenda Fide, l' cum alijs excellentiorem quam-
 dam affectivam certitudinem, qua Fidelis ap^{ost.} fiat ad alijs per-
 ficiendam, nihil inde colligi poterit, quod probatur nram l' tertiam infimam.

Dicitur 2^o cognitionem per revelationem particularem
habitam esse propriam Prophetarum, et non Fidei. Sed ita; q^o multiplex
est Prophetarum actio videnda a quodam sensu, non illum sensum,
ab eadem toties, tam que merito proscriptam, sed Pandavensem cap.
4^o Concordiæ Evang. et D. Ex. disp. 4^o de Fide, sect. 3. potissima 1^o eius
dem actio significat predictionem rerum futurarum, et etiam pre-
teritarum, cuius nulla erat aliunde notitia, aut rerum quorum-
libet omnino secularium divinitus habita, cuius distinctio a Fide
non ita facilis est, cum utraque revelatione Dei nobis videatur, sed q^o
notitia initia non est rem istam exakte percipere, 1^o dico potest,
actum Prophetarum non debere esse necessariò alienum intellectualem
ipsius Prophetarum, sed posse salvari in locutione exteriori eiusdem ordi-
nata ad alios, et ad quam specialiter movetur a Deo. 2^o similiter
dici potest, esse ipsam Prophetarum cognitionem a Deo, et quicumque circa
ipsius libertatem inspiratam, sive cognitio eiusdem sit solius imagi-
nationis, sive intellectualis; prout que actus Prophetarum non tam
supponit revelationem Dei, quamvis ipsa Dei revelatio, cum e contra
actus Fidei presupponat Dei revelationem, et non utrumque, sed ut per
cognitionem aliunde; et hinc fiet, ipsum Prophetam reflectentem supra
prophetatum actum, et sufficienter advertentem, illum esse inspiratum
a Deo, propriam que illius locutionem, posse que optime elicere actum
Fidei circa rem illam, circa quam actus procedens propheticus verita-
tur.

Si 1^o ostenderit aliquis, nec sine Ratione, actum illum
quo ipse Propheta advertitur rebus illis, quas Deus nisi, taliter
ipsi revelaverit, esse propriissime actum Prophetarum, dicendum tunc erit
nullum esse discrimen substantiale inter actum Fidei, et Prophetarum,
sed precise accidentale. Intendi in eo, quod omnis similis Prophetarum
Fidem includat; non 1^o e contra, q^o nimirum actus Prophetarum, non qua-
cumque revelatione nitetur, sed illi precise, que privativè, et immedia-
te, et ad aliorum potius inspectionem, et de rebus futuris, talia occul-
tis alicui fiat, cum actus Fidei ex terminis revelatione alicui facta di-
stentus sit, et versari etiam possit circa res aliunde cognitæ: quare
pro utroque actu elicendo sufficit unus, et idem habitus Fidei, qui
obstat, quod communiter dici solet, scilicet lumen Prophetarum ad
tempus tantum, neque omnibus, sed aliquibus, et non tam in seip-
sum, quam in alienum commodum Deo; q^o hæc, et similia non debent
intelligi de habitu incurrenti ad elicendum illum actum, sed de
cognitione imaginaria, et intellectuali divinitus infusa, et de speciebus que

ad alios eisdem inveniuntur rerum judicandarum, quas non semper, neque pro libito suo sortiuntur Prophetae, sicuti neque assentionem Dei specialem, ne aliud mox proferant, quam audierint, quae assentionis certior est, quando ut judicandae aliorum, et maxime omnium Fidelium utilitati decurrunt.

Dicitur 3^o, praedicta omnia vera esse, si res privatim revelata ad Deum spectet, et ad spiritualem profectum, secus si temporalis sit: quodque Deus obtem et attributioni Fidei, atque proinde quod ad ipsum non referatur, inter attributa eiusdem obiecta recenseri non merebitur. Confirmatur 1^o multiglici S. Thomae testimonio: nam 2^o 2^a q. 1. a. 1. inquit: si 1^o intendimus materialiter ea, quibus Fides assentit, non solum et ipse Deus, sed etiam multa alia, quae tamen sub assensu Fidei non cadunt, nisi secundum quod habent aliquem ordinem ad Deum, pro ut scilicet per aliquos Divinitatis effectus adiuvantur ad tendendum in Divinam fruitionem. Et ibidem q. 1. a. 3. ait, forte autem obtem Fidei et veritas 1^o secundum quod manifestatur in scripturis sacris, et doctrina Ecclesiae; quae procedit ex veritate 1^o: unde quicumque non inhaeret, sicut infallibilis, et Divinae regulae doctrinae Ecclesiae... ille non habet habitum Fidei, sed ea, quae sunt obiecta Fidei, alio modo tenet, quam per Fidem. 3^o etiam ibi q. 174. ab. ad 33: singulis temporibus non defuerunt aliqui Prophetae Spiritus habentes, non quidem ad novam doctrinam Fidei exponendam, sed ad humanorum actuum directionem; et 9^o Item ibi 1. q. 1. ad 33, innuitur Fides nostra revelationi Prophetarum, et Apostolorum factae, qui Canonicos libros scripserunt; non de revelatione, si quae fuerit, alijs Doctoribus factae: quae 2^o censuit, opus esse ad actum Fidei revelatione publica, et ad Fideles cunctos pertinere.

Confirmatur 2^o Deus et obtem unicum, et adequatum principium Fidei, et in ordine, ad quem, seu propter quem Fideles ad alia quoque propter ipsum protenduntur, cum hinc etiam probet S. Thomas 1^o 2^a q. 62. a. 3, Fidem esse Theologicam, quod nimirum tota 1^o, et per se de Deo est, et non nisi secundaria, et in ordine ad Deum de reliquis, ut dicitur etiam in Spe, et Charitate pariter Theologicis; quae per illam nihil, nisi Deum, in ordine ad Deum speramus, et similiter per vitam Deum percipimus, imo in aliquo sensu vice, et alia propter, et in ordine ad Deum diligimus: quod quod ad Deum non spectat, neque refertur, non potest esse obtem Fidei Theologicae, et ad hanc insufficientem haberi debet revelatio de rebus proprie temporalibus.

Sed ita est 1^o, Deum sive Fide dignum esse, quicumque tandem revelaverit, sive ea temporalia sint, sive eterna, sive maxima, sive minima, cum omnia perfecte sciat, et in nullo quicquam fallere possit; et actum p^{ro}terea, qui quid etiam temporalia, et minima propter auctoritatem Dei illa dicenti firmiter, ut pax est, et obsequio crederet, Divino p^{ro}curat n^{on} testimoni, p^{ro}inde que esse proprie Fidei Theologicæ actum, sicut Charitati Theologicæ obiectum omni est, quo aliqui gratia Dei adiutus propter Deum quodcumque aliud dilexit.

Ita 2^o, q^{uod} r^{ati}o obli attributionis nimis lubrica est, et multiplici liti exponita, ut dicitur sup. 2. 3^o q^{uod} nihil facilius, quam in quavis re quantumvis temporaliter reperire sufficientem referibilitatem ad Deum non solum ut revelantem, verum etiam ut cognoscendum: Deus quippe b^en^e in minimi maximus est, et circa singula suam exercet p^{ro}videntiam, etiam circa peccata, permittens illa, ut inde bonum aliquod eliciat: cum enim in Scriptura sicut Thobias et referatur ut Fide Divina credendum, eandem Thobias Filium eiusdem, etiam nomine Thobiam in itinere comitatus fuisse, et ad domum redeuntem p^{ro}curavisse, quasi nauticum advenientem, et blandimento caudæ sue gaudentem, ut nimirum agnosceremus quam mirabili p^{ro}videntia illius fidelis domus rebus omnibus Deum subsolverit, colligitur aperte, nihil esse, quod verum sit, et a Deo revelatur, quod in eiusdem laudem verti non possit. An autem eodem actu quo res aliqua creditur, debeat in ipsum Deum ut in obiectum Fidei attributionis referri, l^{icet} sufficiat, esse in illum ita referibile, non est presentis instituti, et hoc potestius a plerisque, et merito verum habetur.

Ad 3^o Firmationem respondetur, S^{an}cti Thomæ loqui de facto de Fide non solum Theologicæ, et Divinæ, sed etiam Catholicæ, et secundum quod ea creditur ad procurandam salutem eternam: specialiter 1^o respondendo ad singula testimonia dicendum est, 1^o parum urgere, cum etiam illud, quod privatim ab ipso revelaretur, identidem dicitur etiam sive eodem ut revelanti, et facile p^{ro}terea possit x^{risti} dicitur in eundem referri. 2^o pungit etiam illos, qui sufficientem auerunt revelationem privatam, modo sit de re suapte natura ad Deum, l^{icet} Religionem spectante; et insuper nihil inde ita nostram sententiam potest deduci, cum solum affirmet, Fidem revelatione n^{on} manifestata in scripturis, et traditionibus, atque definitionibus Ecclesiæ, et eum p^{ro}terea, qui ab Ecclesiæ doctrina recesserit, habere Fidei esse privandum, et frequentem, si aliqua adhuc teneat, qui ab Ecclesiâ admittuntur, non per Fidem supernaturalem, et subive etiam Divinam, sed per alium actum ignobiliori indolis creditivum, quod totum etiam nos ultro credi-

inui, quamvis insuper extendamus, posse elici actum Fidei su-
pernaturalis cum sola privata revelatione, modo reliqua princi-
pia adiunt.

3^a pro nobis potius militat, cum expresse in eo ad-
mittantur revelationes privatæ, et solum negetur, illas fieri ad
introducendam aliquam novam doctrinam in Ecclesia Dei, cum scri-
ptum sit 1. ad Cor. cap. 13. Unusquisque autem videat, quomodo super-
edificet; fundamentum enim aliud nemo potest ponere, præter id,
quod positum est; atque ideo revelationes speciales, quæ in historijs
Sanctorum leguntur, veluti ad Lydium lapidem secundum doctrinam
universalem Ecclesiæ examinari non voverunt, et illæ solum non rej-
ciuntur, quæ ei doctrinæ bene coherent. Et id ipsum confirmat, scilicet
Fidem Catholicam, et quæ omnijs est, revelatione Prophetæ, et Apostoli
specialiter in Ecclesiæ instructionem a Deo missis, et non hinc, l
alteri privatæ Doctrinæ factæ esse fundatam; unde nullatenus inferri
potest insufficientia revelationis privatæ ad actum Fidei; neque
similis actus, ut aliud argumentis præoccupetur, dicens est, esse Spi-
ritus privati, quatenus hoc nomine sensus uniuscuiusque signifi-
catur nimis fallibilis, sed esse vere Spiritus Dei privatim hoc, l
aliud revelantis.

2^a etiam Firmas plus habet nomini, quam rei, y
notis sibi primarijs unius eque inexta sit, ac notis sibi attributo-
ni, et sic illud admittat. Quam per singulos actus Fidei atin-
gi ut obtinere creditum, sed quædam ut rationem credendi illud, quod
per eundem testimonium infallibile, et Fidei Divinæ creditum dignum
factus sit: quare distinguere poterit animus in ordine ad quod, sicut
propter quod, ut obtinere absolute creditum reliqua debeant credi ne-
betur: ut rationem credendi, et in eadem tandem cognitionem qua
aliud Fidei actum ordinari possint, et debeant, Neque enim, et ne-
getur dicit, quæ potius nulla est, licet totum animus admitteretur,
et res quilibet, quamvis temporalis, potest simul cum Deo per
actum Fidei attingi, non minus quam res ad spiritus gratiæ
pertinens, imo nihil est, quod non possit ad perfectum spiritus
ordinari cum diligentibus. Quam omnia cooperentur in eorum
secundu Apost. ad Rom. 8. S. Thomas ubi nequidem meminit
theologalitati Fidei, cum totum sit in procuranda necessitate
Fidei, Spei, et Charitati infusarum ad procurandam, et consequen-
dam beatitudinem supernaturalem; quare iniquitissime (ne aliud
obiter) adducitur, quæ certum cum 2^a dicta, licet per singulos actus
dei actus attingi deberet Deus ut obtinere actu creditum, non mi-

nus, nec difficultius id salvetur, quando res suapte natura non ob-
scen ad pietatem creditur, ac dum res ex natura sua ad Religionem
pertinet creditur, et hoc quidem eodem modo inquit ista revelatio
valens, et ex ipso terminis. Utat.

Sed replicas: **1^a** qui dixerit rei privatim revelate com-
mitteret peccatum infidelitatis, et amitteret habitum Fidei, si illum pri-
vatim supponatur. Concedo Veram, modo revelatio sufficienter illi propo-
nata sit. Sed **2^a** pergit, et replica iterum: q^d incidet in heresim, et in penas
ista Hereticis ab Ecclesia inflictas. Utique dicitur **Antoniis Perez.**
tu v^o distinguere poteris: incidet in heresim secundum quod infidelitatis
includit, scilicet: secundum **Itinariam** ista Ecclesie precepta, quam vltim-
us heresis superaddit, nega Veram, q^d Ecclesie precepta ista Hereticos
presumi possunt, et etiam debent solum esse imposita adversus negantes
veritates ab Universa Ecclesia receptas; et cum Hereticorum penes glo-
tendi non possint ista Ecclesie preceptum, deservens et, dixerit eandem
precepta rei sibi privatim revelate illi non subjacere.

Sectio 65

Resolutiva multiplex questio circa conditiones re-
velationis sufficientis ad actum Fidei.

Questio 1^a, an sufficiat revelatio in universalibus facta ad cre-
dendum particulare, quod sub illo dicitur, Utat? Respondetur
affirmative; nam particularia sub vltimo dicitur sunt eadem pro-
prio veritas; nihil enim aliud est etiam falsitas, nullum posse sine
auxilio Divino gratis operari, et cooperari ad salutem, quam hunc
vitium, illum, et Petrum, Paulum, Joannem, et sic de ceteris, non potest
sine illo auxilio salutariter operari, ut apud omnes extra dubium
est: q^d nequit esse Fidei sancti, quin et Fidei pariter sanctum sit.
q^d revelatio in vltimo facta sufficiat ad credendum Fidei Veritatem particularem
quodcumque, quod notum sit, sub illo dicitur; nisi actu circa par-
ticulare metalem dixerit illius sub vltimo protergredietur, et propter
quamvis Fidei sanctum sit perseverantem, usque ad finem saluum
fore, Fidei certum non est, Petrum q^d fore saluum, nisi sub diti-
one, quam vltimo illa veritas proferat, scilicet si in iustitia et san-
ctitate usque ad finem perseveraverit.

Et hinc questio 2^a, an similis revelatio in vltimo, sed ob-
iective ditionata sufficiat ad credendum Fidei absoluta particulare sub
eo ditione, et in quo dicitur esse ditionem qualificatam? Affirmandum par-
ter est cum communi ista nonnullis, quos sine nomine refert **Palda**
dilig. 4. sect. 8; q^d revelatio vltimo sic ditionata, ut omni homo, qui diceret

dat per naturalem propagationem ex Adamo, propter unam Virginitatem, peccato Originali, et motu bono, cuius nascitur, sufficienter motus ad credendum Fidei absoluta, Petrum v.g. quem creditur sic descendere, esse in peccato Deceptum, et mortuum, quod nimirum suam motionem exercent circa intellectum, secundum quod instructus supponitur circa existentiam, et propagationem Petri: quod motus prefatus intellectum ad actum Fidei absolutam, et non simpliciter Propositionis. Uterque: quod aliam motio illius revelationis non nisi ridicule exponeretur, cum si tantum actus Fidei obiective Propositionis elici deberet, esset huiusmodi, hic homo, designato Petrus, quare ipsa Adas filius est, Deceptus fuit in peccato Originali, et mortuus, si re ipsa Adas filius est, quo nihil magis ridiculum, sed non ad aliam rationem, quam quod dicitur illa adhibetur, quae ex parte subiecti Propositionis supponitur verificata: quod.

Neque motus Fidei in casu praesenti instituendum erit fideliter ex revelatione illa veli, et Propositionis purificatione, ut patet notissime P. Gutierrez, sed potius purificatione illa exit mere dicitur subiecta, ut praedicta revelatio ad Fidem absolutam motus. Et ratio satis duplicata est; quod tunc non propterea credo Fidei absoluta, Petrum, quem mihi dicitur ab Adamo descendere, natum esse in peccato, et mortuum, quod existit; sed quod revelatum a Deo est, omnem hominem ab Adamo descendente, peccato, et morti subiacere: quemadmodum licet bonum non alligat ad amorem, nisi praesentia, non cognitio, sed bonum per illa representatum est motus amoris; et hoc idem dicitur in approximatione agentis ad passum, et alij satis scivis.

Dicitur Fides, et revelatio ita ad invicem proportionari debent, ut Fides non plus, neque aliter affirmet, quam revelatio; nam si quid aliud dicitur, et aliter actus affirmet, quam revelatio sit, respectu illius non revelatione, sed alio motivo nitetur, et Dequenter ex hac parte non pertinet ad Fidem; sed si Fidei actus particulare absolute affirmet in casu praesenti, plus, et aliter affirmabit, quam revelatio, quae non absolute, sed Propositione enunciabat, ut pote quae omnino praesentabat ad existentiam Petri, eiusdem quae origine ab Adamo: quod.

Respondetur, imo propterea in casu praesenti Fidem debere esse absolutam, quod consideranda debet revelatione, quae ideo Propositionata est; quod praesentat ab existentia hominis particularis, seu Petri, eiusdem quae Propositione sic accommodatur, ut pro varietate ipsius actus Fidei erodat, et Propositionis, et absolutus: quod cum intellectus, cui dicitur aliunde, Petrus existere, et descendere ab Adamo, non possit ipse

non et absolute existentem vere videre, non potest non absolute
de eodem secundu[m] propriam revelationem affirmare peccatum Originale, et
mortem.

Observandi quippe est, revelationes huiusmodi pro-
pterea dici, et esse, Idionotas, quod nihil significant circa existentia
hominu[m] in particulari; non v[er]o quod non significant in d[omi]nio, scilicet
non e[ss]e homines ab Adamo descendentes peccatores, et mortales, quin
determinate per illas significetur, quinam sint huiusmodi homines,
cum hoc eorundem actu, seu origine sufficienter notum esset futuris;
quare licet revelatio prescindat ab eo quod verum sit, hunc hominem
Petrum existere, et ab Adamo descendere, non tamen ab eo, quod suf-
ficienter applicetur eidem, quem aliunde constat, si existere, ad af-
firmandu[m] de ipso etiam absolute peccatum Originale.

Dicitur itaque: qui aliquid testificatur Idionote, ef-
fectu[m] justificationem Idionoti in signu[m] rei testificat[ur], per quod non mi-
nus, quam per verba suam auctoritatem interponit: q[uod] per ean-
dem Idionoti justificationem, dicitur precedentem, seu revelationem in
esse revelationis, seu locutionis absolute, quemadmodu[m] si quis aliquis
testificaretur sub Idionote elevationis dextere, l. inclinationis capiti, in-
clinans caput, aut dexteram elevans, iuxta convexitatem, illud ipsum ab-
solute testificatur. Negatur aut[em], q[uod] ut testificatio moveat ad actum etiam
absolute, ex terminis opus non est, Idionotem a testificante implexi, l.
aliter dependere: quare neque requisitur, eam Idionotem assumi
in signum rei testificate, cum ponit nihil neque naturaliter, neq[ue]
ad placitum significari, ut evenit in presenti; nam Petrus esse Filiu[m] Da-
vid, neque naturaliter, neque ad placitum significat revelationem
Dei de peccato Originale, neque huius Idionotem. Aliud dicitur in
eo, qui cum alio d[omi]nio veniat ad significandu[m] hoc, l. illud illa dextere ele-
vatione, l. inclinatione capiti; nam iste se intromittit in justificationem
Idionoti, et non utcumque, sed imponendo illi propriam significationem.
Si d[omi]nio non sic procederet, sed aliquid alteri promitteret, se que iuravit,
obligaret sub Idionote illius elevationis, l. inclinationis, quamvis promissi-
onis immemor adhiberet Idionotem obligatio[n]is transiret in absolute[m],
seu (quod in eadem recidit), promissio, que solum solum Idionote obliga-
bat, inciperet absolute obligare: q[uod] pariter revelatio, que antecessenter
solum movebat ad Idionote credendu[m], Petrus peccatorem et mortalem
nasciturum, et sufficiens ad absolute id ipsum credendum respectu
illius, cui iam dicit aliunde, Petrus natus e[ss]e l. etig nasciturus, et pote-
qui eundem non potest non proportioni absolute subjacere.

Quæritur d[omi]nio, an sibi sit, veritatem aliquam esse reve-
latam; ut fide credatur veritas, que cum illa re ipsa eadem est; seu

ut alij se se explicant, an sufficiat revelatio virtualis? Ut respondeam, notandum est, revelationem dici posse virtualem 1^o ratione sui, si nimirum perinde se habeat ad actum Fidei, ac si foret formalis, magis que exquiva. 2^o ratione obiecti, scilicet propter identitatem cum obiecto revelato. Hinc ad questionem respondeo, revelationem in 1^o sensu virtualem sufficere; nam si non sufficiat, non perinde se habebit, ac si esset formalis, et exquiva illius veritatis revelatio, et in hoc sensu per revelationem hominum sufficienter revelabitur intelligitur animali idole, et per revelationem alicuius in universaliter revelata continentur particularia sub illo contenta. Si autem intendere, revelationem huiusmodi formalem potius, quam virtualem dicendam esse, et genus huiusmodi virtualitatis non subsistere, per me non licebit rem potius, quam voces curantem.

Respondeo, revelationem virtualem in 2^o sensu non sufficere: ita etiam communis Theologorum sententia, scilicet Gregorij, Maiorij, Capreoli, Caietani, et aliorum apud D. Eximij eo sequentem, propterea que immerito pro opinione straxit a Patre Maximo laudatum, cum D. Ex. solum asserat, veritatem virtualiter in alia veritate revelata contentam, esse Fidei credendam, si definitur ab Ecclesia, et insuper revelationem in vili ad Fidem particulari esse sufficientem, quod longe aliud est ab opinione, quam modo impugnamus, et pro cuius oppugnatione necesse non est recurrere ad propositiones obvias, sicut ad falsas recurrit Maximus pro eiusdem defensione; cum argumentis illud magis decantatum, quam efficax eiusdem cogniti, et non cogniti Theologi non multum deceat, praesertim cum apud ipsum loque provalere debeat doctrina, quam Formalistae supponunt potius, quam tueantur inter predicta realiter identificata, et aliter. propterea illa doctrina eodem modo institui debeat in ipsa revelatione, atque propterea propositio illi nitens intendere debet, revelato uno predicto non precise virtualiter, sed formaliter revelari quicquid eum ipso realiter identificatur.

Sensus igitur questionis, et etiam assertionis nostrae est, non sufficere, esse revelatum, Deum esse omnipotentem v.g. Christum esse hominem, ut Fidei credatur, Deum esse immensum, et Christum esse rivibilem. Sed probationem praemittendum est cum D. Ex. duplicem esse posse rationem nostram dicimus, quo alia ex alij predictis, in quibus quasi in radice, et virtute continentur, elicimus, quando pro praemissis assumimus veritatem aliquam revelatam, et alteram evidentem; scilicet, si predictae praemissae sint melius, et motus attendendi veritati, quae ex illis elucitur. 2^a r. si veri-

ta proximam non illud munus exerceat, sed proprie applicationis
materie sub revelatione veritatis, et propositionis eiusdem revelationis, et
licet que ad veritatem prefatam applicationis. Hoc supponit

Probatur assertio prefata: si intellectus per modum pro-
cedat, dum aliquid cognoscit illud inferens eam veritate alia revelata
non procedit modo proprio Fidei, neque se subiiciendo in obsequium
Dei revelantis, et deficienter non tam revelatione nititur, quam divi-
xione, quam habent proximis eam delusione, et propterea vita non
excedet certitudine singulas proximas, cum quoad hoc debiliorem sem-
per sequatur; atque proinde non Fidei, sed Theologiæ actum eligit.
Si 1^o modo procedat, adhuc impotens erit ad eliciendum actum Fidei,
quod Fidei actus non potest immediate attingere, nisi illud, quod im-
mediate foeliter apprehenditur revelatum, seu actus Fidei non potest
attingere immediate illud, quod immediate foeliter revelatio non at-
tingat; quod revelatio cum significativa sit, per nullam applicationem, et
propositionem sui potest foeliter, et immediate, sive in se attingere
quod prius foeliter, et in se non attingebat, sed proprie virtualiter me-
diante, et in alio.

Præstat: licet Deus non prescindat in cognoscendo
de uno predicato ab alio, locutio tamen eiusdem ad extra (ut Bernardus
et Hieronymus) prescindit, non secus ac cognitio, et locutio notæ,
quicquid sit, an proprio huiusmodi foeliter; locutio dicenda sit, sed
quod ad veritatem ad credendum fide humana aliquid, non sufficit,
quod aliquis homo dixerit illud, cum quo ipsum realiter identificat-
ur; sicut est in homine, potentiam obedientialem ad actus supernales,
quod aliquis dixerit, Deum esse in foro, cum quo illa potentia iden-
tificatur.

Ex dictis profertur discrimen inter veritatem foeliter
licet in se revelatam, et veritatem virtualiter tantum revela-
tam; scilicet discussam, quo prius illa veritas eruitur, postea generat
munus propositionis, et applicationis revelationis ad ipsam, ut cum
sic aliquis discussat: omnis homo est rationalis: Christus est homo: ergo est
rationalis; cum enim rationalitas foeliter includatur in conceptu homi-
nis, poterit assumere prefatum discussum non tam ut medium
assentiendi rationalitati Christi, sed ut prosem, et applicationem revelati-
onis Christi ut hominis ad eandem veritatem; quod ex revelatio, licet non
ita clare, et explicitè, foeliter tamen vere comprehendit eam ve-
ritatem; at non sic evenit in hoc altero syllogismo: omnis homo est
rationalis: Christus est homo: ergo est rationalis; quod si assumatur non ut me-
dium assentiendi, sed ut applicatio, et propositio revelationis Christi ut homi-
ni, non poterit deesse, cum in conceptu hominis, qui solum revela-

tu supponitur, non reperitur foeliter visibilitas, sed precise
in virtute, l. radice: qd neque poterit credi. Fide illi assentiendo
propter testimonij Dei.

Dices 1^o: si Ecclesia definirer, Xptum ee visibilem,
Fide habenda esset tpe veritas, ut Ista Patrum Molina defendit D. Ex;
sed tunc non alia haberetur revelatio, quam precise virtualis, seu
qua Xptus foeliter ut homo revelatur. qd ad actum Fidei suffi-
cit utriusmodi virtualis revelatio. Ista maiori, nego minorem:
qd, uti plures ostendunt, ut supra vidimus, definitio Ecclesie
proprie locutio Dei est, et revelatio; l. qd cum erit sit declarare
verum, et significationem revelationem, que in Scripturis, et tra-
ditionibus dogmaticis continetur, incidet ex tunc etiam quo-
ad nos illa revelatio Xpti ut hominis significare foeliter etiam
visibilitatem, non quod in se mutationem aliquam subiret; sed
qd nobis iam diceret, hominem in prefata revelatioe non pre-
cise essentialia hominis predicata, sed etiam proprietatem,
visibilitatis significare.

Dices 2^o: revelatio, in cuius possumus assentiri
visibilitati Xpti qd dicit a Deo, sufficit ad eam Fide credendam;
sed revelatio Xpti precise ut hominis sufficit ad assentiendum
visibilitati eiusdem qd dicit a Deo, cum stet aliunde identi-
tas realis illius cum humana natura, l. inseparabilitas ab
eadem natura humana, proinde que visibilitatem non posse
non dici vere, et realiter a Deo dicente, et revelante natura
humana: qd confirmatur 1^o testimonij Dei de Xpto ut homine,
et de se ipso ut Omnipotente Incehitur essentialiter cum vis-
ibilitate Xpti, et cum sua immensitate, cum Incehatur cum X-
pti humanitate, et cum sua Omnipotentia Incehatur respective
cum ipso: qd est sufficiens motivus ad assensum illarum, qui non
poterit non esse Fidei, cum Dei testimonio nitatur? 2^o qui ne-
garet Xptum ee visibilem, haberetur, et puniretur ut Here-
ticus: qd qd negaret aliquid, quod Fide credere debebat; sed solam
visibilitatem Xpti negaret virtualiter tantum revelatam: qd
3^o qui credit, Xpty ee hominem, non potest non credere, quic-
quid est necessarium, ut verum sit, Xptum ee hominem; sed qd
ee visibilem necessarium est, ut homo sit: qd

Argumentis probat, revelationem unius Dei, seu
Dei ut unius tantum sufficere ad credendum Fide Deum ut tri-
num, et similiter non posse non naturaliter cognosci Trinitatem
per quodcumque medium, quo Deus naturaliter agnoscitur; quod ut
men sine absurdo dici non potest. Probat precise, idem dicendum

et de Fide humana, cum de testimonio hominis eodem modo ve-
rificari debeat, ipsum attingere, quidquid cum scto, de quo fertur,
identificatur, cum ubique, l' nullibi, modus ille arguendi ex tradi-
tione, cognovi, et non cognovi, l' attingi et non attingi valere debeat,
l' potius ubique videri valere, cum locutio Dei ad extra eque pu-
blica sit, ac notitia, seu locutio, seu cognitio.

Absolute negativè min: argum: cuius probatio merito
ab Objectivitate despicitur, et à Formalitate sine speciali difficultate, quan-
ty ad presentem attinet, sequenti apud ipsos solutione, sub expressione hominum
non vò sub expressione visibili, dicitur; qd cum significatio verbi homo
fortiter, et ex parte actus non pretendatur in sensu presentis questio-
nis ad visibile, quantumvis ad humana natura inseparabile, l' etiam
cum ipsa valider identificatur, x^a eodem revelatio Xpi et hominis
non plus procedit, ad actum Fidei, quo Xpi visibili creditur, qui
notio animalis prout se moventis ad cognoscendum x^ole sub expres-
sione rationali. Dixi notanter in sensu questionis presentis: nam re-
ipsa facile crediderim, vocem homo, qua Xpi verus homo per
revelationem nobis credentibus proponitur, non accipi in sensu rito-
stricto, et philosophico, secundum quem precise significatur sup-
positum habens essentialia hominis, sed in sensu largiori, et vulgari,
x^a quem significat naturam humanam cum omnibus suis natura-
libus proprietatibus.

Ad 19^a Fixationem dicendum est, non sufficere ad assen-
sum Fidei alicuius veritati quantumvis revelationis cum ea Ine-
xionem; aliter nulla esset revelatio nequaquam probabilis, que non suf-
ficeret ad credendum, Deum esse omnipotentem, cum nulla sit, que
non directatur cum Deo ut omnipotenti ut suo prout necesse est pro-
cipio; propterea que vitiosius opus esse, eam veritatem fortiter signifi-
cari per illam revelationem; nam aliter non habent rationem testi-
monij, propter quod talis veritas creditur; et in esse testimonij re-
quiritur Inexio revelationis cum veritate credenda.

Ad 23^a Fixationem dicendum est, negantem, Xpium
esse visibilem, modo revelatio eiusdem ut hominis in sensu stricto ac-
cipitur, sicut et aliam quamlibet veritatem precise radicaliter, et
virtualiter revelata, non fore fortiter infidelem, presumendum tamen
esse, nisi aliunde sufficienter distet, cum fixiter credere veritati
fortiter revelatam; qd cum evidens sit, ex veritate revelata legiti-
me inferri illam alteram veritatem, potius presumendum est nega-
re veritatem revelatam, quam illationem usque adeo legitimam,
et evidentem; et ex hoc capite potest peccare Iuda Fidem non per x^o
hæresis falsis; sed qd negans visibilitatem Xpi, se distinxerit in per-

culo; imo et in necessitate non credendi, eum esse hominem. Ad
 39 respondetur, distinguendo maiore: quicquid est necessarii fortiter
 et ex vi significationis, quam revelatio præsefert, dicitur: quod aliter
 necessarii sit, nego maiorem, et distincta similiter minori, et
 Dig: plura quippe necessaria sunt tum antecedenter, tum sequen-
 ter, ut Xp̄us sit homo: antecedenter, dari aliquam, imo et ali-
 quas actiones, quibus producantur corpus, et ad Xp̄i, unio ipsa in-
 ter se necens, et unio eadem copulans Verbo, et principia ea-
 runde actionis: Insequentem ubi rationes, et durationes eorundem, et mul-
 tiplex præterea tum relatio Xp̄i ad alia, que fuerint in mundo,
 tum actus eiusdem; sed cum hæc omnia non significantur per
 illam præcipuam revelationem, poterit actu Fidei, quo Xp̄us homo
 creditur, eadem, et similia nullatenus attingere.

Sectio 6^a

Colligitur ex dictis, esse Fide certum, hunc numero
 hominem Clementem XII, quem superstitem sup-
 ponimus, esse verum, et legitimum Pontificem.

Ita omnes Theologi a tempore Clementi VIII, quamvis ante
 ea tempora tenuerint taxata, Caietanus, Panes, Vega, Co-
 rrua, et alij pauci, qui, refert D. Ex. dig. 10 de Fide, et quamvis
 tunc etiam Gaspar Huxtabus nondum Servita, sed Collega Complu-
 tensis, quod sententiam negantem in ea Universitate Defenderit,
 Romam cum Principe, et approbatoribus thesaurum a Clemente voca-
 tus, et iterum in Hispania redire permissus, ut ibi per Iudices
 a Pontifice deputatos, et examinaretur, et quamvis ut tolerabilis
 eorum opinio habita sit a præfatis Iudicibus, postmodum ipse Hux-
 tabus Societatem ingressus, et doctor factus illam retractavit, ut vi-
 deri potest in 190 dig. 11 de Fide difficultate 13.

Assertio 4^o præfixa colligitur aperte ex dicti sect.
 precedenti, et in eisdem titulo affirmatur: ex illis quippe ista
 revelatio universalis sufficere ad credenda particularia, que
 videntur sub illo veli dineri; sed stat revelatio vult, scilicet om-
 nem in Ecclesia vite electum in Successorem Petri, et ut talem
 per eandem Ecclesiam acceptatum esse legitimum, et verum Pon-
 tificem Summum, ut ad verba illa Matthei 16, tu es Petrus, et
 super hanc petram edificabo Ecclesiam meam: post Inferre non
 prevalerunt ad verum eam, et alia huiusmodi tum ibi, tum alias
 a Xp̄o prolata circa firmitatem Ecclesie, et Successores Divi Pe-
 tri inque ad summationem mundi, docent pariter Ecclesie P.
 atque Concilia; et aliunde stat, hunc numero hominem Cle-

mentem XII esse vere electum in Successorem Petri, et ab Universa
Ecclēsia esse acceptum: quod et sufficienter revelatur, eum esse verum
et legitimum Pontificem Summum, sequentes que possent, et debent
credi. Fide Divina. ¶

Maisie nititur precedenti secte, et min. quoad
partem probatione non indiget, imo neque quoad 29; quod res et licet
facti, usque adeo evidens moraliter, ut unusquisque proprio veluti
experimento illius certitudinem agnoscat non minus, quam de eo
quod existant Constantinopolis, Lutetie Parisiorum, Mattreum, Sal-
mantia, et alia huiusmodi, que non solum negative, quatenus illa
illa nulli sit argumenty alicuius momenti, sed etiam positive apud
omnes habentia certissima, quod nimirum ad ipsa proxiu perline-
denda militat argumenta ineluctabilia.

Uigetia idem dicitur: ut qui se agnoscat obli-
gatum ad credendum aliquid Fide Divina, nihil aliud requiritur
quam quod sit moraliter positive certus, illud esse a Deo revelatum
Deo quippe aliquid dicenti, attestanti fidem debent, ut potest qui
non hinc vera dicere, attestari potest, evidentissimum est, sed mor-
liter positive certus sumus, esse a Deo revelationem, hunc individuum
hominem, qui Clemens XII dicitur, esse Summum Ecclesie Pontificem
quod moraliter positive certus sumus, eum esse unum ex illis, quos
completive revelatio illa veli; quod licet in ea expressa non fuerit
nomina huius, et aliorum, qui legitime Petri succedunt, et propter
donec eventus ipse electionis, et acceptationis Ecclesie rem declaravit
quodammodo additionate illa revelatio excipitur; at, purificata
semel additione, certitudine etiam absoluta stat, illum, et alios
predecessores fuisse comprehensos sub illa veli: quod non possumus
non esse obligati ad id Fide Divina credendum.

Probatur 2^o: Ecclesia Catholica, que, ut dicitur
1^a ad Timotheum cap. 2. est columna, et firmamentum veritatis
et ita quam potest Inferi prevalere non possunt, ut dicebat X^{us}
ubi super, nequit exire in proponendis his, que ad fidem, et
bonos mores spectant, imo, quicquid sic proponit, hypostat Fide Di-
vina credendum; sed Ecclesia Catholica proponit Universis Clemens
tem XII ut verum Summum Pontificem, et ab omnibus ut talen-
suscipi iubet, atque in super id quam maxime ad fidem, et bo-
nos mores spectat, cum Summi Pontifici sit declarare, que
credere oportet, et facere, et declinare ad sequendam salutem
eternam: taliter; sed Ecclesia Dei suscipiens eundem in Sum-
mum sui Præsidem, declarat, eum esse unum ex Successoribus
in Petri, et sequentes comprehensum in illa veli revelatione: quod

veritas huiusmodi Fide Divina sancta est.

Uxetur: etri olim de hac re in utramque partem
disputatum sit, et non defuerint, qui opinarentur, prefatam p[ro]p[os]i-
tionem esse de Fide, et propterea tempore Clementi VIII in protestatione
excitata occasione thesium Complutensium tolerabili existimata
fuerit eorum opinio, at modo nullus est Theologus, qui sententiam
oppositam non amittat, seu qui non teneat ut Fide sancta
illam p[ro]p[os]i- q[ui]s quicquid sit de probabilitate non quidem certu[m],
sed dubiu[m], quam olim habuit ea sententia, modo saltem omnino
improbabilis haberi debet, atque propterea omnino certu[m] dicitur,
Clementem XII esse unum eorum, qui ab illa veli revelatione
comprehenduntur; nam sensus omniu[m] Theologoru[m] in his mate-
rijs certitudinem moralem omnimoda[m] inducit, et nihil in
eisdem frequentius, quam opiniones aliquando certu[m], dubie
probabiles ab ea probabilitate decidere, et illud, quod prius obscu-
rum, et incertum existimabatur, fixi temporis decursu cer-
tum omnino.

Dixi, illam opinionem fuisse dubie, et non certe
probabilitatis; cum enim ad actum Fidei opus fuerit x[rist]i p[ro]p[os]i-
tionem notitia p[ro]p[ri]a moraliter certa revelationis, et omnino
certum sit, post damnationem p[ro]p[ri]i et inter damnatas ab Innocen-
